



Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, 1712

Dispvatio XXVIII. Argumentæ Fogarini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84796](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84796)

DISPUTATIO XXVIII.

Argumenta Fogarini.

S E C T I O I.

Quod solum iudicium certum excuset à peccato.

S. I.

Quia omne iudicium prudens debet esse certum, & verum.

S U M M A R I U M.

Arguit ex Aristot. quia nullum iudicium probabile est certum, n. 1.
 Quin nec probabilis est prudens, n. 2.
 Confundit certitudinem veritatis ethicæ cum certitudine veritatis logicæ, n. 3.
 Sibi contradicit, ibid. & n. 4.
 Omnis certio probabilis est certio ethicæ vera, n. 5.
 Et certa de honestate formali objecti, ut est in mente, non de materiali, ut est in re, n. 6.
 Quid stricta certitudo moralis, n. 7.
 Nemo habet talem certitudinem de omni sua opinione, ut quis habet de suo Baptismo &c. ibid.
 Si distinguatur certitudo à Probabilitate, ut debet, magnum inter Probabilitatem, & Tutioritatem discrimen: si non distinguatur, summa inter illos confusio, n. 8. 9.
 Omnis certio probabilis est subjective, & objective prudens, n. 10.
 Fogar. confundit probabilissimam cum moraliter certâ, n. 11.
 Prudens formido peccati excluditur saltem à principijs reflexis, n. 12.
 Incobarentia Fogarini, n. 13.
 Quando auctoritas unius sine ratione sit motivum prudens? Ibid.
 Ad conscientie securitatem, satis, ut excludatur prudens de peccato formali, non de materiali, formido, n. 14. 15. 16.

N. 1.
 Fogar.
 Aristot.



ARGUIT 1. Fogar. disp. 3. part. 1. quia omne iudicium prudens debet esse verum, & moraliter saltem certum, ut patet ex Aristot. 6. Eth. cap. 3. dicente: Ea

quibus anima affirmando, aut negando verum dicit, sunt quinque, Ars, Scientia, Prudentia, Sapientia, Intellectus; nam existimatione, &

opinionem fieri potest, ut mentiamur. Idem sentit C. Caic. Caietanus, M. Merc. Card. de Laureâ, & C. Laur. alij; eam enim prudentia sit recta ratio, certum est.

Tom. III.

tificare debet de honestate objecti, & actus: sed non omnis probabilior est vera, & nulla est certa: ergo nulla est iudicium prudens.

Confirmat à n. 29. contra P. Thyrsi. quia tantum abest, ut iudicium probabilis stans pro libertate sit prudens, quin est subjective, & objective imprudens: subjective, quia probabilis licitum, est probabiliter non licitum: ergo periculosum: objective, quia illud volens non potest non formidare prudentar de non licentiâ. Nec dici potest, quod ratio gravis pro non licentiâ, collata cum graviore contemnatur prudenter ut debilis; nam non potest non causare aliquem in intellectu effectum, eo modo, quo pondus minus grave descensum graviorem retardat. Rursus nequit intellectus iudicare absolute verum id, contra quod grave adest pro falsitate motivum. Denum iudicium probabilis de licentiâ, etsi daretur esse prudens, non potest esse ultimum conscientie dictamen, quia hoc esse debet vel metaphysice certum juxta P. Teril. vel moraliter saltem, ut alii omnes.

Respondeo confundi certitudinem veritatis ethicæ cum certitudine veritatis logicæ. Dixi supra ad nauseam, veritatem logicam esse conformitatem iudicii cum objecto ut est in re; ethicam esse conformitatem iudicii, & objecti, ut ab eo propositi, cum regulis morum. Dixi quoque saepius alibi, quod ad honeste formaliter operandum necessaria non sit certitudo moralis de veritate logicâ, seu de honestate materiali objecti ut est in re, sed satis certitudo moralis de veritate ethicâ, seu de honestate formali, & materiali objecti, ut est sub tali iudicio, cum regulis morum. Totum hoc approbat Fogarinus, etsi sui oblitus, ut contra nos arguat, nam disp. 3. part. 1. n. 23. & 56. part. 3. à n. 161. certitudinem veritatis logicæ distinguit à certitudine veritatis ethicæ, & ait, quod ut recta ratio sit iudicium prudens, necesse non sit, ut sit logicè vera, & certa, sed satis, ut sit ethicè, & practicè certa, & vera, seu certa sit de conformitate sui, & objecti, ut à ratione representati, cum regulis morum. Hæc à nullo negari possunt, cum certum ex Alex. VIII. sit licitum sequi probabilissimam; sed hæc est prudens, & satis ad operandum, etsi esse possit logicè falsa: ergo

Ll

ad ju.

ad iudicium prudens necessarium non est veritas logica. Rursus, illicitum est sequi tenuiter probabilem; sed hæc potest esse logicè vera, etsi sit imprudens: ergo ad iudicium imprudens necessaria non est falsitas logica. Cum hæc ita sint, qualiter Fogarinus negat, quod probabilis, immò probabilior, quia esse potest logicè falsa, sit iudicium prudens? Est enim, quia cuilibet iudicio certo probabilis inest veritas ethica; quodlibet enim ex gravi fundamento conformatur se, & objectum, ut sub eo est, cum regulis morum.

N. 4. Addo sibi contradicere; nam *disp. 3. part. 1. n. 23. & part. 3. l. c.* ait, quod ad iudicium prudens, satis sit, ut sit ethice verum; & tamen *disp. 3. part. 1. n. 9.* negat, quod iudicium Jacobi, etsi illi moraliter certum, quod Lia esset Rachel sua uxor, fuerit prudens, quia logicè falsum. Rursus, duo in Jacobo iudicia distinguit, unum moraliter certum, quod negat fuisse prudens, quia logicè falsum; aliud practicum, *Licet accedere ad mulierem certo mihi proposuisti, ut meam*; quod ait fuisse rectum, verum, & prudens. Sed non capio, tum quia hoc ultimum practicum iudicium fundatur in primo logicè falso; ergo si hoc, *Lia est mea uxor*, quia logicè falsum, non est prudens, nec ultimum, quia logicè falsum, erit prudens; vel si hoc ultimum, etsi logicè falsum, est prudens, etiam primum speculativum, etsi logicè falsum, fuit prudens; alias dicendum erit alterutrum è T. T. contradicentibus, etsi propria foret cuilibet moraliter certa, imprudenter opinatum: ergo ad iudicium prudens, nec veritas logica, nec ejus certitudo est necessaria.

N. 5. In formâ dico omnem certò probabilem esse ethice, & prudentialiter veram; quia est certò ex suâ naturâ conformis objecto, non quidem ut est in re, sed ut est sub iudicio certò probabili cum regulis morum, etsi non omnis sit logicè vera, nec ulla sit certa de hac veritate logicâ.

N. 6. Dices: Nullum iudicium, etsi probabilius, est moraliter certum de honestate objecti: ergo nullum est prudens. Distinguo: de honestate objecti ut est in se, concedo; de honestate formali, nego antecedens, & consequentiam. Ut iudicium certò probabile sit certò prudens, non est necesse, ut sit certum de honestate materiali, quin hoc ipso quod sit tâtum speculativè probabilius de illâ, eo ipso nequit esse speculativè certum de eadem; est tamen per se ipsum certum de honestate formali, quatenus ipsum iudicium certò probabile, & honestas objectiva, ut est sub eo iudicio, est certò conformis regulis morum.

Sane obligare ne quis operetur nisi sub iudicio moraliter certo logicè de honestate materiali, est obligare ad certitudinem inter incerta impossibilem, nisi certitudo moralis spurie fumatur: etenim stricta certitudo moralis est illa, quæ non tantum nititur gravi fundamento, sed quæ nullum certo probabile fundamentum contra se habet, ut constat inductione iudiciorum, quæ ab omnibus vocantur moraliter certa; ideo enim iudicium de proprio baptismo, de prole legitimitate, de Hostiæ expolitæ consecratione dicuntur moraliter certa, quia nullum contra se grave fundamentum habent; quod si haberent, non essent moraliter certa: sed nulla opinio valde inter T. T. controversa est talis, nam habet contra se graves rationes, & DD. ergo nulla talis (nisi Fogarinus velit omnem suam opinionem esse sibi ita certam, ac proprius baptisimus) dici potest moraliter logicè certa. Profectò non esset moraliter certus de suo baptismo, si contra illum starent tot viri fide digni, quot qualibet opinio habet Theologos contra se, quoties res est de re inter T. T. incerta.

Ad confirm. dico, quod si Moderni Probabilioristæ, P. D. Thyrius, P. Muncius, P. Palanco, & alii convenirent, ut par est, tum cum Tutoriis, quam cum Probabilitatibus (quos utroque impugnant) in explicatione terminorum, *probabile, probabilius, & moraliter certum*, vel essent Tutoriæ, seu Certitudinis obligantes, ne quis sequatur minus tutam, nisi sit moraliter certa; vel essent Probabilitatæ deobligantes à tutori, etsi probabiliori: etenim vel distinguunt probabilis à moraliter certo, & minus probabile à non probabili, vel non? Si non distinguunt; ergo dum docent licere tantum minus tutam, cum est probabilior, docent eam licere, cum est moraliter certa; & tunc sunt Tutoriæ, immò sunt Probabilitatæ, omnes enim docent, quod si minus tuta sit moraliter certa, & operandum sit, hæc sequenda sit, non autem tutior, quia tunc non est probabilis, nec obligare potest. Si distinguunt, inaniter Probabilitas impugnant confundendo minus probabile cum non probabili, & probabilis cum moraliter certo.

Perpendat Lector, quod hi Probabilioristæ eos terminos confundentes nequeunt Probabilitatæ discernentes minus probabile à non probabili, & probabilis à moraliter certo. Rursus iidem nequeunt Probabilitatæ impugnare, nisi fiant Certitudinis, & confundant minus probabile cum non probabili, & probabilis cum moraliter certo. Quare

Quare retento discrimine inter probabilis, & moraliter certum, quod illud non excludit minorem probabilitatem, hoc excludit, rectè Fogarinus impugnat P. Thyrsus, quod non liceat sequi probabiliorem, si minus probabilis manet probabilis. Quia verò P. Thyrsus confundit probabilis cum moraliter certo, & negat minus probabilem, stante probabiliori, manere probabilem, ideo non offenditur ab argumento Fogarini.

N. 10. At quia idem argumentum contra nos fieri potest, qui cum ferè omnibus T.T. discernimus minus probabile à non probabili, & probabilis à moraliter certo, ideo dico omnem magis, aut minus probabilem esse subjectivè, & objectivè prudentem: subjectivè, quia est intransitivè per se ipsam certò prudens; objectivè, quia maior, aut minor ejus probabilitas supponitur certa, nam si talis non sit, eam sequi non licet, ut dixi *disp.* 18. *sect.* 3. Nec obstat, quod alterutra sit falsa, & possim prudenter formidare de non licentiâ. Nam illud periculum, & formido peccati materialis prudenter negatur, nec possibilis est simultas duplicis judicii probabilis. Ad reliqua dico me sæpe ostendisse, quod ad prudentiam necessaria non sit certitudo moralis de veritate logicâ, aliâ nulla speculativè certa moraliter erit certò prudens, quia esse potest logicè falsa.

N. 11. Porro Fogarinus n. 48. immeritò negat, quod omnis opinio sit incerta, quia probabilissima, inquit, est certa. Sed contra, tum quia si aegre fert, quod P. Thyrsus confundat probabilis, cur non & ego, quod probabilissimum confundat cum moraliter certo? Tum quia dum ait probabilissimam esse certam, vel vult omnem esse logicè verâ; & hoc non, quia plures sunt logicè falsæ, saltem juxta ejus doctrinam, quod nemo sequatur opinionem, nisi sit ei moraliter certa; ergo alterutra ex T.T. contradicentibus erit logicè falsa. Addo, quod certitudo, seu infallibilis cum veritate connexio, nõ nisi ab evidentiâ, aut à fide Divinâ oriatur. Vel vult omnem probabilissimam esse certam de veritate practicâ; hæc autem omni certò probabili convenit.

N. 12. Dices 1. à motivo maiori stante pro non licentiâ prudentem ingeri formidinem de non licentiâ; ergo de veritate practicâ. Sed hoc unicè probat, me posse, non autem me actu prudenter formidare; quin implicat, ut cum judicio, licet, stet, non licet. Addo, quod accedente saltem hoc principio reflexo, *Nulla datur lex vetans aliam certò probabiliter honestam*, ea prudens de non honestate materiali formido excutitur.

Tom. III.

Vellem maiorem in docto Fogarino coherentiam. Si enim *disp.* 3. *part.* 1. n. 35. ait, 13. propriè probabile esse, quod omnibus, aut sapientibus videtur verum; & n. 52. ait, quod ratio valida sit motivum veræ probabilitatis, est enim apta mentem sapientum ad sui assensum movere; & n. 53. quod ratio valida cum autoritate unius Doctōris, et si contra alios sit verè probabilitatis motivum; hoc enim modo, inquit, plura facta sunt probabilia: non ita autoritas unius sine validâ ratione; quia tunc nullam fidem meretur; quod si autoritas unius ad sit sine ratione, & non ad sit alii oppositi, ea sola autoritas erit motivum grave, ut constat inductione; & ideo idiotæ fidunt Parocho, quia nullum habent, qui oppositum testatur. Si hæc ita sunt, rogo, qualiter doceat, quod nullum judicium sit prudens, nisi sit logicè verum? si enim verè probabile est, quod à sapientibus judicatur verum; rursus si, juxta illum, verè probabile differt à moraliter certo, eo ipso datur judicium prudens, quod non est logicè moraliter certum, nempe judicium verè probabile: ergo non est necessaria ad prudens judicium moralis certitudo logica. Immo si motivum grave est, quod est aptum movere sapientes ad sui assensum, nec necesse est, ut sit moraliter certum, nam autoritas unius, ut ait, cum ratione gravi, si fter contra alios, si non, satis est ad veram probabilitatem, seu ad judicium prudens, quomodo deinde asserit, quod nullum judicium sit prudens, nisi sit moraliter certum?

Dices 2. n. 67. quod licet judicium certò N. probabile nitatur gravi fundamento, sit tamen reprehensibile, quia enuntiat sine formidine honestatem objecti, quam pro securitate conscientie enuntiare debet.

Sed nego quod ad conscientie securitatem N. necesse sit, ut judicium sine omni formidine ne proponat honestatem, (aliâs nec probabilissima satis erit, cum ei quoque insit formido saltem radicalis: quin sæpe ostendi, quod ut quis honestè operetur, necessaria non sit certitudo de honestate materiali objecti, ut est in re, seu certitudo speculativa, sed satis practica, seu quod judicium, & ejus objectum sint conformia regulis morum; hæc autem inest cuique judicio practico certò probabili. Dein sibi contradicit: si enim minus probabile, stante probabiliori, ut asserit, manet verè probabile; & juxta illum verè probabile est, quod potest movere sapientem ad assensum, utique prudentem, eo ipso ut judicium sit prudens, necesse non est, ut sit certum de veritate logicâ; vel si hoc est necesse, negare debet, quod minus

Lij proba-

probabile, stante probabiliori, maneat verè probabile.

N. Dices 3. ex n. 83. quòd iudicium probabile sit quidem rationabile, non tamen recta ratio, quia hæc excludere debet omnem pro non licentiã probabilitatem; sed iudicium probabile hanc non excludit: ergo.

Sed contra 1. quia si iudicio minùs probabili, stante objectivã maiori pro opposito probabilitate, concedit, quòd sit rationabile, quòd sit ex motivo gravi, quòd sit sapiente dignum, ignoro, cur ei iudicio prudentiam neget. Secundo, vel loquitur de certitudine veritatis logicæ, hæc autem nec est de essentiã prudentiæ, nec ad operandum necessaria, & circa objectum, cuius honestas inter TT. est valde dubia, vix est possibilis, & erit, ut sæpe dixi, certitudo affectiva, seu voluntatis, non intellectus: vel de certitudine veritatis practicæ, hæc autem inest iudicio certo rationabili de honestate. Rursus vel loquitur de probabilitate objectivã, vel de formali? Si de formali, ex gr. licet tunc hoc iudicium certo probabile de honestate excludit oppositum probabile, *Non licet*. Si de objectivã; iudicium subiectivè probabile, *Licet*, nò excludit probabile motivum oppositum, nam minùs probabile, stante motivo probabiliori, manet juxta Fogarinum verè probabile. In formã nego, quòd recta ratio esse debeat iudicium moraliter certum de honestate objectivã, satis ut sit certo probabile de objectivã, & sit certum de honestate formali, ut est omnis certo probabilis.

S. II.

Quia solum iudicium, quod omnem probabilem malitiã cognitionem excludit, excusat à peccato.

SUMMARIUM.

Negat per iudicium etsi probabilius excludi omnem probabilem peccati cognitionem, n. 17.

Confundit similitudinem probabilitatis, quam admittit, cum probabilitate similitudinis, qua implicat, n. 18. 19.

Ignorantia insita cuique certo probabilis est invincibilis de veritate logicã, seu materiali objecti, n. 20.

Non omnis propria dici potest moraliter certa, n. 21. 22. 23.

Ignorantia veri non vincitur à probabilitate, aut morali certitudine, n. 21. ad 28.

Ait quòd ignorantia insita opinioni probabilis excludat certam, non incertam peccati cognitionem, n. 25.

Solvo, ibid.

Arguit ex hac damnata ab Alex. VIII. quòd ignorantia invincibilis non excuset à peccato formali, n. 26.

Papa unice definit, ignorantiam invincibilem excusare, n. 27.

An verò hac constitatur per solam carentiam iudicii certi, an etiam per carentiam incerti, nil definit, ibid.

Ignorantia excusans est carentia solius iudicii certi de peccato, ibid.

Probabiliter iudicans non dari legem, certi prudentialiter iudicat non dari, n. 28.

Nego quòd solvens rationes oppositas sit certus de sue opinionis veritate, ut vult Fogarinus, n. 29.

Arguit 2. disp. 3. part. 2. num. 152. quia N. nullum iudicium, etsi probabilius, excludit omnem probabilem peccati cognitionem, sed solum certam; ergo hoc tantum, non autem probabilius, excusat à peccato. Antecedens patet ex conscientia invincibiliter erroneã, quæ quia nullam nequidem probabilem malitiã cognitionem admittit, adeoque quia est de non peccato moraliter certa, ideo excusat à peccato: ergo sola conscientia moraliter certa de non peccato excusat à peccato.

Sed si argumentum tenet, dicam, quòd N. sola evidentia non peccati, non autem error invincibilis excuset; nam ita arguo: Ideo evidentia non peccati excusat ab illo, quia ei evidentia inest veritas logica non peccati; ergo cum hæc non inest conscientia invincibiliter falsæ, quin error ei inest, talis conscientia non excusabit à peccato. Ea nullitas argumenti, quod unicam causam à peccato excusantem vult esse evidentiam, cum tamen sit etiam certitudo moralis de non errore logico insita conscientie logicæ falsæ; ergo etiam causa à peccato excusans esse poterit certo prudens de non peccato conscientia, qualis est omnis practica opinio certo probabilis de non peccato.

Dein confundit similitudinem probabilitatis, quam admittit, cum probabilitate similitudinis impossibili, quasi verò cum hoc iudicio certo probabilis, *Licet*, stet hoc aliud subiectivè probabile, *Non licet*. Rursus constituit subiectivam, seu formalem probabilitatem cum objectivã, quasi verò cum hoc iudicio subiectivè probabilis, *Licet*, stare nequeat hoc reflexum certum de objectivã probabilitate non licentiã, Certo probabile est non licere: etsi ergo iudicium subiectivè probabile de non peccato conveniat cum moraliter certo de non peccato, quod utrumque oppositum de peccato iudicium excludit.

differunt tamen, quod cum moraliter certo stare nequeat illud reflexum certum de probabilitate peccati; e contra cum subjective probabili de non peccato stare potest reflexum certum de probabilitate peccati. Monui autem, quod ne quis peccet, necesse non est, ut formet iudicium de non peccato excludens objectivam peccati probabilitatem; satis ut certo prudens de non peccato iudicium formet, & ex eo operetur, quod sit certum, accedente principio reflexo, quod nemo tenetur vitare peccatum certo prudenter negatum, etsi prudenter affirmari posset; immo, suspensio omni directo, satis reflexum de certa probabilitate non peccati.

N.
20.

Demum falsum est, quod ut datur invincibilis ignorantia veri, necesse sit, ut nullum probabile de falsitate iudicium formare possim. Quare etsi verum sit, quod error invincibilis de non peccato sit moraliter certus de non peccato, & nullam objectivam peccati probabilitatem admittat, verum tamen etiam est, quod ignorantia, quæ inest opinioni certo probabili de non peccato, etsi objectivam pro peccato probabilitatem admittat, adhuc est invincibilis, quia semper invincibiliter ignoratur, in quo ex iudiciis contradictoriis, æquæ, aut non æquæ probabilibus sit determinatè veritas, an in hoc, *Licet*, an in, *Non licet*. Ut ergo peccati ignorantia, aut error sit invincibilis de peccato, necesse non est, ut sit moraliter certus, & omnem peccati probabilitatem excludat; nam etsi hanc non, excludat, adhuc manet invincibilis, quoties utraque opinio tam de peccato, quam de non peccato est certo probabilis, semper enim ignoratur in quo extremo sit determinatè veritas, an in instante pro peccato, an in negante peccatum.

N.
21.

Adde hoc apertè instari. Sint duo Theologi, quibus quodlibet proprium iudicium sit moraliter certum, ita ut quilibet neget sibi oppositam esse probabilem; unus asserat, *Licet*, alius, *Non licet*. Ecce etsi quilibet suam putet esse moraliter certam, & veram, quæ tamen sit determinatè vera in re, uterque ignorat, etsi uterque sciat unam tantum esse in re veram. Si ergo cum certitudine morali veri in re stat invincibilis ignorantia veri in re, multo magis cū certa tam veri, quam falsi probabilitate stabit invincibilis ignorantia veri; ergo cum hanc qualibet certo probabilis includat, (non enim quia opinio, *Licet*, mihi est certo probabiliter vera, ideo est vera, nec quia eadem mihi est certo probabiliter falsa, ideo est falsa) sequitur, quod omnis certo probabilis de non peccato, satis erit ne peccem. Neque enim certa probabilitas pro

peccato tollit certam pro non peccato probabilitatem; ergo si hanc non tollit, semper invincibiliter ignoratur, an opus à me putatum certo probabiliter licitum, (adeoque formaliter licitum) sit in re licitum, an illicitum. Confusio oritur, quia probabilitas maior, aut minor, immò moralis certitudo confunditur cum veritate logica, cum tamen aliud sit verosimilitudo, aliud veritas.

Dices 1. necessarium non esse certum de peccato iudicium; ergo cum possit probabiliter cognosci, non ignoratur invincibiliter. Fateor posse probabiliter cognosci; adhuc tamen ignorantia malitiæ est invincibilis; tum quia malitia adhuc probabiliter cognita manet incerta; tum quia omittere possum illud probabile de malitiæ iudicium, & aliud pro non malitiæ formare; tum quia cum probabili iudicio de malitiæ stat objectiva probabilitas pro non malitiæ. Sanè nūquam mihi adularer de certà victoriā, quoties ita iudico me vincere, ut possum divisim iudicare, me fuisse victum. Idem accidit quoties tam opinio stans pro malitiæ, quam stans pro non malitiæ est certo probabilis. Quodcumque enim formem iudicium, numquam certus sum de veritate, hæc enim semper manet incerta; ergo semper invincibiliter ignoratur.

Dices 2. Ea sola conscientia excusat à peccato, quæ omnem probabilem cognitionem peccati excludit; sed hoc præstat sola moraliter certa; ergo hæc sola excusat. Nego mai. si enim sola certitudo non peccati excusat à peccato, sequitur, quod omnis opinio Scoti fuerit Divo Thom. improbabilis, quia Divo Thom. propria fuit moraliter certa; (quod Fogarinus non tolerabit) & quod sapientiorum T. T. mos, nempe D. Thom. D. Bonav. P. Suar. P. Sanch. qui oppositam propriæ vocant probabilem, fuerit perniciosus: ergo non omnis propria fuit illis moraliter certa. Dein nego minorem; licet enim probabile iudicium de non peccato non excludat objectivam probabilitatem, nec iudicium reflexum supra illam pro peccato, adhuc tamen ignorantia, quæ inest cuique iudicio probabili, siue stanti pro peccato, siue pro non peccato, est incerta, & tam malitiæ, quam non malitiæ est invincibilis; non enim ignorantia veri vincitur per probabilitatem, cum hæc ex se sit indifferens tam ad verum, quam ad falsum.

Textus à Fogarino *disp. 3. part. 2. à n. 77. N. 129.* allegatus ex D. Thom. *quodlib. 9. art. 24.*

15. est evidenter contra eundem; nam S. Fogar. Thom. expresse ait, *quod qui non obstante opinione varietate in nullam dubitationem adducitur,*

Lij

Tom. III.

ciur, non peccat. Quæro, qualiter hoc fieri possit, nisi vel directè assentiendo alterutri, vel suspensio omni iudicio directo, formando iudicium reflexum de certâ probabilitate opinionis stantis pro pluribus præbendis; vel formato utroque reflexo de probabilitate utriusque opinionis, appellando ad principium reflexum, quod lex, nisi sit certa, non obligat; multò minus si non lex sit certò probabilis? Quod verò modus resolvendi per probabilitatem, cum veritas expressè haberi nequit, malus non sit, patet; tum quia modus etiam resolvendi per moralem veritatis certitudinem erit malus, cum ea sæpe sit falsa; tum quia quoties veritas est incerta, prudentior modus est resolvere per certam veri probabilitatem, non fingendo pro nutu certitudinem.

N. Arguit 3. *disp. 3. part. 3. n. 86.* quia ignorantia admittit à nobis in omni opinione probabilis pro honestate excludit tantum certam, non incertam inhonestatis cognitionem; ergo non est invincibilis. Sed jam dixi, quod etiam formare possum iudicium probabilis pro inhonestate, omisso probabilis pro honestate, adhuc illud probabilis est incertum de inhonestate: ergo tam veritas honestatis, quam inhonestatis manet semper incerta, & invicta. Ratio est; quia qui non est certus, sed incertus de veritate, nequit esse securus de illa: sed qui probabiliter tantum attingit veritatem, & ita quidem, ut illi sit certo probabile se eam non attingere, non est certus de illa; ergo non est securus de illa: ergo omni opinioni probabilis inest insuperabilis ignorantia veri.

N. Dices 1. quod si ignorantia excusans est carentia solius cognitionis certæ, Alexander VIII. damnans hanc, *Tametsi detur ignorantia invincibilis juris natura, hæc in statu nature lapsæ operantem ex ipsâ non excusat à peccato formali*, definisset, quod ignorantia, quæ est carentia solius cognitionis certæ, excusat; ergo definisset, licitum operari sub iudicio probabilis de honestate, stante motivo probabiliori pro inhonestate; sed hoc etiam per nos est falsum: ergo ignorantia excusans à peccato non est sola carentia cognitionis certæ de peccato, sed est carentia cognitionis tam certæ, quam non certæ de peccato. Ita Fogar. *l.c. n. 89.*

N. Sed contra 1. quia si hoc est definitum, hoc amplius habebit contra se Fogarinus quod solvat. Secundò, quia quod Papa definit, est quod invincibilis ignorantia juris naturæ excuset; an autem ea constituitur per solam carentiam iudicii certi, an etiam per carentiam incerti, ut vult Fogari-

nus, de hoc Papa nil dicit. Hoc scdo, quod quoties res est de re valde dubia inter DD. quamcumque opinionem quis sequatur, non tenet, nisi probabiliter verum; ergo ignorat semper invincibiliter verum. Vel enim maior, aut minor probabilitas unitur infalibiliter vero in re, vel non? Si non unitur, ergo qui attingit probabilis verum, adhuc ignorat, an verum in re attingat; ergo ignorat invincibiliter verum. Si unitur, idem erit probabilitas, ac veritas, & sicut utraque contradictoria potest esse probabilis, ita utraque vera; hæc autem sæpe rejecimus ut evidenter falsa. Tertiò, quia si ignorantia excusans non est carentia solius iudicii certi, sed etiam probabilis de peccato, ut vult Fogarinus, dicam quoque esse carentiam apprehensionis de peccato: (quam satis esse ad peccandum docet Fogarinus à n. 99. ad 113. *supra* inferens contra nos, quod sequens probabilem pro non peccato peccet, quia cum eo iudicio probabilis de non peccato sit apprehensio peccati) sed si carentia apprehensionis peccati constituit ignorantiam excusantem, sequitur, quod certitudo moralis de non peccato non excuset, quia cum ille sit apprehensio peccati: ergo vel ignorantia excusans est carentia solius iudicii certi de peccato, ut nos volumus; vel si est etiam carentia iudicii probabilis, & incerti de peccato, ut vult Fogarinus, erit quoque carentia apprehensionis peccati.

Dices 2. Nemo potest prudenter iudicare N. non dari legem; nisi certo iudicet non dari: sed qui probabiliter iudicat, non iudicat certò: ergo. Distinguo: nisi certo prudenter iudicet, concedo; nisi iudicio certò logicè vero, nego. Dixi certitudinem prudentiæ non esse logicam, seu conformitatem iudicii cum objecto, ut est in re, sed practiceam, seu conformitatem iudicii & objecti, ut sub eo est, cum regulis morum.

Infer 1. contra Fogarin. *l.c. n. 179.* non N. valere quod sæpe repetit, nempe quod qui 29. solvit rationes oppositas, certus sit de veritate suæ opinionis; contra enim est; quia hoc onus solvendi rationes rationis, ut minus tuta liceat, nequit complecti omnes, sed ad summum valde doctos: ergo perperam eam obligationem omnibus ingerit. Secundò, quia docti vel debent rationes oppositas certò solvere, vel probabiliter? Non certò, quia hoc est chimæra, quoties res est inter TT. incerta, maxime cum mos TT. sit, quoties rationes oppositæ opinionis solvunt, dare illi probabilitatem; ergo non nisi probabiliter solvunt. Si probabiliter; tunc licet minus tuta magis, aut minus probabilis, non

non autem sola moraliter certa; quia omnis probabilis solvit probabiliter rationes oppositas.

N. 30. Infer. 2. contra eundem disp. 3. part. 4. n. 107. nullam esse rationem contra ulum probabilioris; quia iudicium probabilius de non lege non stat cum probabili de lege; nam implicat probabilitas simultatis utriusque iudicii, ut saepe dixi.

S E C T I O II.

Impugnatur nostram, tum doctrinam P. Thyrsi.

S. I.

Quid dicat de duplici nostra Confessoris, & Obedientis paritate?

S U M M A R I U M.

Aut poenitentem sequi sibi moraliter certam, n. 31.

Non est questio, an sit certa poenitenti sua opinio, sed qualiter absolvens absolvat, ibid.

Paritas quam invicta, ibid.

Succumbit paritati obedientis, & valde laxas docet circa obedientiam opiniones, n. 32. & sequ.

Ruit omnis obedientia penes Certitudinistas, & Probabilioristas, n. 34. ad 38.

Quam commendabilis Probabilissimus, n. 39.

N. 31. **A** It disp. 3. part. 4. n. 38. quod paritas absolventis poenitentem stantem pro opposita, sit infirma, quia poenitens sequitur sibi moraliter certam.

Sed contra; quia hic non est sermo de opinione poenitentis, an sit illi moraliter certa, sed qualiter absolvens absolvat; adeoque reddit argumentum maiori cum energia contra Fogarinum, quomodo Confessor iudicans opinionem poenitentis certo improbabilem possit licite absolvere; etenim certum de falsitate opinionis poenitentis iudicium facit, ne licite absolvat, & ne tormare possit reflexum de probabilitate opinionis poenitentis iudicium, nam Confessor dirigi non potest ad absolvendum, nisi a conscientia sibi moraliter certa: ut enim poenitens iuxta Fogarinum n. 39. sequi non potest nisi opinionem sibi certo moraliter veram; ita nec absolvens sequi poterit nisi sibi certo moraliter veram: sed implicat, ut absolvens apud se iudicans opinionem poenitentis certo moraliter falsam, iudicet veram; ergo nec Confessor poterit licite absolvere, nec poenitens licite petere a tali Confessore absolvi; adeoque nemo Probabilista, aut Probabiliorista a Cer-

tudinista, nemo Scotista a Thomista licite absolvetur.

Paritati obedientis contra propriam opinionem omnino succumbit, quia plura tradit nec T.T. nec Superioribus placitura; etsi enim verum dicat n. 50. subditum putantem id, quod praecipitur, esse invincibiliter malum, non teneri obedire; ex hac doctrina vera sequitur, data Fogarini doctrina, quod numquam tenebitur parere; nam subditus non tenetur, quoties iudicat invincibiliter malum id, quod praecipitur: sed quoties subditus habet iudicium moraliter certum quod res praecepta sit mala, invincibiliter iudicat esse malam: ergo quoties subditus est in opinione contraria, nec potest, nec tenetur obedire.

Ait 2. n. 51. & 52. quod nisi Superior affert rationes, ob quas subditus possit suam opinionem deponere, subditus eam deponere non teneatur: si enim, inquit, solum Superioris praeceptum satis esset, ut subditus iudiciu invincibiliter erroneum deponeret, satis etiam esset ut deponeret verum, quia iudicium erroneum in re morali in ordine ad operandum aequivaleret vero. Sed contra; quia fateor Superioris praeceptum satis non esse, ut subditus suam opinionem deponat; simul tamen fateor quod obedire teneatur: ex hoc autem utroque, quod obedire sit necessarium; & quod deponere propriam opinionem non sit necessarium, quin saepe impossibile, clare infertur, quod liceat subdito operari, vel ex solo iudicio reflexo de minori probabilitate opinionis Superioris, vel ex iudicio directo sibi minus probabili de honestate operis praecepti, omisso proprio. Cum autem Fogarinus, quin nullus Probabiliorista hanc componere possit cum sententia obligante ad probabilius, aut ad moraliter certum, cum his enim iudicijs proprijs subditus obedire nequit: rursus nequit assumere directum sibi minus probabile, conforme iudicio Superioris, aut sub solo reflexo de probabilitate iudicio operari; hinc vel ruit obedientia, vel eorum sententia.

Amabo ut Lector perpendat quo sententia apparenter religiosa de licito usu solius probabilioris, vel moraliter certae conducat. Sanè si tam subditus, quam Superior sit Probabiliorista, aut Certitudinista, ruit obedientia, subditus enim operari nequit nisi sub iudicio sibi moraliter certo; & Superior jubere nequit nisi sibi moraliter certum; ergo si sint in opposita opinione, nec Superior precipere, nec subditus obedire nequit; immò uterque peccabit, ille iubendo, hic parendo: nisi subditus proprium iudicium deponat, aliud.

aliudque sibi moraliter certum formet de honestate rei præceptæ; hoc autem non potest, quia suum iudicium de inhonestate est sibi moraliter certum, & contra iudicium de honestate rei præceptæ est sibi certo falsum; ergo hoc formare non potest.

N. Ait 3. n. 53. Scoti doctrinam, quod nullus subditus iudicare debeat falsam sui Prælati opinionem valere tantum, si Superior sit integræ fidei, & doctrinæ: & n. 54. negat, quod ignorantia circa rem præceptam fiat in subdito invincibilis per hoc, quod subditus teneatur credere Prælato in omni, quod non est certo peccatum: & n. 55. asserit peccare subditum (tantum abest quod teneatur) parendo Superiori indocto, aut probabiliter tantum iudicanti, quod res iusta non sit contra legem Dei; & citat Adrian. & P. Vafq. 1. 2. disp. 62. cap. 6. n. 31.

N. Laudo in Fogarino Logicam, quia omnes dictæ illationes necessario sequuntur ex ejus sententiâ, quod nemo licite operetur nisi sub iudicio moraliter certo de honestate materiali: non laudo Ethicam, quia dictæ illationes evertunt obedientiam, quæ illata servari nequit, nisi vel liceat minus probabilis, vel latus sit reflexum de certâ oppositæ opinionis iudicium. Porro obediens parendo non peccat, quia retento, aut omisso iudicio proprio, & formato reflexo, assumit principium, quod parendum sit in omni, quod non est certo peccatum; sed res præcepta non est talis, immo est certo probabiliter honesta; ergo.

N. Dices ex Fogar. n. 57. & 58. quod si iuramentum, & votum in dubio de mortali non obligant, multo minus obedientiæ votum; licet enim subditus voverit parere, non tamen in illis, quæ iudicat rationabiliter illicita, maxime cum falsum sit, inquit, quod Superioris præceptum tollat à subdito dubitationem, & probabilitatem; immo n. 64. negat, quod res probabiliter honesta fiat per Superioris præceptum certo honesta, atque adeo quod subditus teneatur parere; & asserit subditum per votum non se subdere obedire in illis, quæ, secluso Superioris præcepto, iudicat mala.

N. En iterum optima Logica, & non bona Ethica. Sanè consultius est negare necessitatem iudicii moraliter certi de honestate, ut homo honestè operetur, quam concedere allegatas doctrinas, quæ omnem erga Prælatos, Principes, & parentes, obedientiam evertunt. Fateor quod votum, & iuramentum tunc non obligent, immo nec obligant, ut dubium deponatur; e contra Superioris præceptum obligat me, ut paream in omni,

quod non est certo peccatum: cum autem, juxta Fogarinum, opinio sit subdito moraliter certa, nec eam debeat deponere, consequenter nemo obedire poterit. Falsum autem est, quod subditus unice voveat obedire in his, quæ præscindendo à Superioris præcepto sunt juxta suam conscientiam licita; hoc enim pacto numquam parere poterit, quoties Superior præcipit oppositum ejus quod iudicat. Falsum quoque quod Superioris præceptum non tollat dubium, & probabilitatem; sepe enim utramque tollit, cum plura, quia præcepta, fiant de licitis illicita; immo et si præceptum probabilitatem non tollat ab opinione subditi, adhuc parere tenetur, ob legem reflexam parendi in omni, quod non est certo peccatum.

Hinc patet quàm commendabilis sit nostra doctrina de licito usu minus probabilis, & de sufficienti iudicii reflexi de certâ honestatis rei præceptæ probabilitate, quæ viget obedientia; & quàm opposita obedientiæ opinio Certitudinistarum, & Probabilioristarum. Perpendat modo Lector laxas illationes obedientiam evertentes, quæ ex hac maiori apparenter religiosâ (Nemo operari potest nisi sub moraliter certo, aut probabiliori de honestate iudicio) sequuntur, e contra quàm favorabiles obedientiæ iustificationes ex sententiâ deobligante à iudicio probabiliori, aut moraliter certo. Sæpe dixi, nec umquâ fatis dicturus sum, quod questio generalis de licito usu, aut solius moraliter certe, aut etiam probabilioris, aut minus probabilis, sit proflus inutilis in ordine ad mores; cum sive negato, sive affirmato, hoc, aut illo, eadem ornantur laxitates; sed totus labor debet esse in minori, seu in opinione particulari, an hæc, aut illa sit certo probabilis, vel moraliter certa; cum tæpe quæ asseritur moraliter certa, non sit probabilis, ut constat ex allegatis à Fogarino, qui dum obligat semper ad moraliter certam, si sit minus tuta, evertit obedientiam.

§. II.

Rationes Fogarini contra P. D. Thomam, 57. quæ contradiçiones, & inconsequentia.

SUMMARIUM.

Non aliis utitur rationibus, quàm illis, quibus Probabiliorista & Probabilista impugnant, n.

40. Malo esse Certitudinista, quàm Probabiliorista, ibid.

Probabiliorista confundunt probabilitatem cum morali certitudine; non ita Certitudinista, ibid.

Probabiliora motiva unice movent ad formidinem de inhonestate materiali, n. 43.

Si securitas a peccato est potius regula, quam veritas, sequenda semper erit tutior, etsi non probabilis: si veritas, nulla tutior minus probabilis, imo moraliter certa, nisi sit evidens, licebit, ibid.

An error materialis sit peior peccato materiali; & formalis formali? Ibid.

Fogarinus inconsequentia à n. 44. ad 64.

An solutio rationum oppositarum faciat opinionem moraliter certam? n. 44.

Ad peccatum non satis malitia apprehensio; sed necessarium, ne adsit certum de non peccato iudicium, n. 46.

Negat peccare, qui opinatur minus piam stantem pro labe Deipare, etsi ea sit illi tantum probabilis, n. 47. 48.

Impugno, n. 49.

Ex hoc ipso sequitur, quod possumus certi esse si de Divinâ de formali honestate cultus, quin eadem fide certi sumus de hoc objecto, Deipara est sine labe concepta, n. 50.

N. 40. Fogar. P. Thyrs. **R**ationes, quas Fogarinus disp. 3. part. 6. trahit contra P. Thyrsi. tuentem licitum sequi minus tutam notabiliter probabilior, alia non sunt, quam quas P. Thyrsus, & Probabiliorista contra Probabilitas multiplicat, nempe quod sequens probabilior de peccato non ignoret invincibiliter malitiam: quod non possit certo prudenter iudicare opus non esse contra legem: quod legem contemnat: quod nemo possit edere cibum probabilius tantum non veneniferum: quod habet periculum. omittendo tutiorem: Porro has rationes, ut contra nos militant, satis dilui, & ostendi hoc ipsum, quod modo Fogarinus; nempe quod siquid valent, probant illicitum usum etiam probabilioris. Dixi sæpe, quod malo potius esse Certitudinista, quam Probabiliorista; quia isti clare confundunt minus probabile cum non probabili, & tam infirmis agunt contra Probabilitas rationibus, ut eadem probent non esse licitum sequi probabilior. Sed hæc pretereo.

N. 41. Fogar. P. Thyrs. **P**retereo quoque solutiones, quas dat argumentis P. D. Thyrsi; quia si Fogarinus, & Moderni Probabilioristæ convenirent in definitione opinionis moraliter certæ, ut mutuo distinctæ à notabiliter probabiliori, quod ea omnem, non autem hæc, gravem ab opposito probabilitatem excludat, summa foret inter eos uniformitas; quod sola moraliter certa ex minus tutis liceat, utrique enim in hoc convenirent, quod tunc tantum minus tutæ liceat, cum tutior non est

probabilis: ergo nulla impugnatio, vel Certitudinistarum contra Probabilioristas, vel horum contra illos esse posset, nisi sui ad se. Quia tamen non conveniunt, sed dissentiunt, quod Fogarinus opinionem, quæ tollit omnem gravem ab opposita probabilitatem, vocat moraliter certam; at P. Thyrsus vocat probabilior; ideo se impugnant. In hac autem vocum dissensione magis placet Fogarinus, quia distinguit, quam Probabilioristæ Moderni, qui probabilius confundunt cum moraliter certo.

Deinde quia solutiones, quas Fogarinus N. 42. dat argumentis P. Thyrsi, nos offendere possunt, ideo currenti calamo eas solvo. Quare etsi verum sit, quod probabilius iudicans non iudicet sine formidine; (ut rectè Fogarinus contra P. Thyrsi) attamen ut quis honestè formaliter operetur, necesse non est, ut sine formidine honestatis materialis, & logicæ falsitatis iudicet. Similiter ad dictamen prudens non est necesse iudicium directum subjective probabile satis reflexum de objectiva probabilitate.

Hinc nego 1. quod probabilitas opposita N. 43. inducat gravem de formali honestate actus formidinem, sed tantum de materiali. Secundo nego, quod habens motiva graviora, quod res sit sua, non possit eam licite tenere, præcipue cum per Fogarinum, & nos Iudex teneatur ad probabilior: ergo si iudex licite eam sequitur, cur non Theologus? Tertiò, nego regulam de verosimiliori valere tantum pro foro externo. Quartò nego, quod regula operandi sit potius securitas à peccato, quam veritas; si enim ita esset, amplectenda esset tutior vix probabilis præ minus tutâ moraliter certâ: imò ipsa securitas à peccato oritur à veritate. Quinto nego, quod malitia materialis præ falsitate materiali; & malitia formalis præ errore formali, seu ut cognito, ut tali, sint vitanda, nam error materialis peior est peccato materiali; & error formalis peior peccato formali, ut patet; quia quod inficit nobiliorem potentiam est peius malum: sed error inficit intellectum; peccatum voluntatem: ergo error materialis præ peccato materiali, & formalis præ peccato formali vitandus est; & ideo Atheismus, Infidelitas, Hæresis, quæ sunt errores intellectus, peiores sunt furto, homicidio, &c. ergo inter tutiorem minus probabilem, & probabilior minus tutam deferenda potius esset tutior minus probabilis; quia licet sit magis remota à peccato materiali, videtur tamen proximior errori materiali, quam probabilior minus tuta, quæ est minus remota à peccato materiali, & magis prout

Alex.
VIII.
Fogar.

prout apparet, est remota à falsitate materia-
li. Sexto, nego quòd ut minùs tuta liceat,
debeat tutior non esse probabilis, quin ex
Alex. VIII. approbante usum probabilissi-
mæ inferitur oppositum; si enim licet sequi
illam, licet opinio, quæ non tollit omnem ab-
oppositâ probabilitatem: ergo licet probabi-
lior. Demum si probabiliori unitur certitu-
do de non peccato, ut patet in Iudice, qui se-
quendo probabiliorē est, juxta Fogarin.
certus de non peccato, eo ipso ea certitudo
cuique probabilis uniatur.

N.
44.
Fogar.

Præter opiniones de obedientia à me re-
jectas ut vix probabiles, quas tamen Foga-
rinus ut moraliter certas docuit, ad manus
habeo multiplicem ejus inconsequentiam.
Prima est *disp. 3. part. 1. a. n. 29.* ubi contra
P. Thyri. negat, quòd motivum probabile,
stante probabiliori, contemni possit ut de-
bile; & tamen *disp. 3. part. 2. n. 93.* postquam
dixit, quòd modus assequendi certitudinem
sit solvere rationes oppositas, ait authorita-
tem oppositam sperni posse ut levem. Ecce,
ut se habet ratio ad rationem, ita autoritas
ad autoritatem: sed minor ratio nequit sper-
ni ut levis, stante maiori, ut docet: er-
go nec minor autoritas, stante maiori, sper-
ni poterit ut levis. Dein quòd solutio ratio-
num sit regula perveniendi ad certitudinem,
est falsum; nam ea regula, nec est univer-
salis, quia plerique sunt idiotæ; nec subsi-
stet, quia, ut docet Fogarinus, quoties
minùs probabile, stante opposito probabi-
liori, manet probabile, tunc rationes pro-
babilius tantum, non autem certò solvan-
tur.

N.
45.
Fogar.

Secunda est ex *disp. 3. part. 3. a. n. 19.* ubi
hanc nostram minorem, *Licet sequi minùs
probabilem, omisâ probabiliori,* negat esse ver-
ram, quia est controversa, & quia nemo
Probabilista est certus, quòd nemo Anti-
Probabilistarum nostra argumenta non tol-
verit. Ecce si nostra sententia reflexa ob di-
ctas rationes non est moraliter certa, quomo-
do suam sententiam reflexam, quòd minùs
tuta non liceat, nisi sit moraliter certa; im-
mò quomodo omnis ejus opinio directa cir-
ca materias particulares erit illi moraliter
certa, cum omnis sit controversa, & timere
prudenter possit, ne aliquis Probabilista ejus
rationes solverit?

N.
46.
Fogar.

Tertia ex *l. c. n. 111.* ubi ait, quòd ad pee-
candum satis sit apprehensio malitiæ, ad non
peccandum autem, ait *n. 112.* necessarium
est certum de non peccato judicium. En chi-
mæra, quòd quis simul peccabit, quia cum
eo judicio certo stare potest apprehensio
peccati; & non peccabit, quia sequitur cer-

tum de non peccato dictamen. Eadem chi-
mæra sequitur in usu probabilissimæ; nam
hanc sequens peccabit, quia cum ea stare po-
test imprudens peccati judicium, & appre-
hensio: & non peccabit, quia ex Alex. VIII.
ea licet: ergo ad peccatum non satis est ap-
prehensio malitiæ, sed necesse quoque est,
ne adsit certo prudens de non peccato judi-
cium; quod si adsit, nemo peccabit.

Quarta est ex *l. c. n. 7.* ubi negat, quòd judi-
cium moraliter certum, nisi sit logicè ve-
rum, sit prudens; cum tamen sæpe docet
esse prudens, dummodo sit practicè verum,
seu conforme objecto, ut apprehenditur.
Ecce 1. quòd affirmat, & negat veritatem
logicam esse de essentia prudentiæ: 2. quòd
omnis ab illo credita ut certo logicè vera, si
in re talis non sit, non erit prudens, adeo-
que sola veritas logica erit morum regula: 3.
quòd modus opinandi, & operandi pruden-
ter in puram casualitatem veri reducitur, ita
ut, qui logicè verum ex levi ratione docuit,
prudenter opinabitur; e contra imprudenter,
qui logicè falsum ex gravissimâ ratione.

Quinta ex *disp. 3. part. 1. a. n. 16.* ubi do-
cet, non peccare, qui sentit Deiparam in pec-
cato conceptam, etsi tale judicium sit ei tan-
tum probabile; & cognoscat valde urgentia
motiva stare propriâ sententiâ. Ratio est:
quia Papa in Bullâ talem actum expressè
permittit; & quia putat se satis solvere ar-
gumenta opposita, & ideo est moraliter cer-
tus, tum de honestate sui actus, tum de ho-
nestate objecti, in quod actus tendit.

Obstupui ad hæc 1. quia si judicium de N.
labe Deiparæ est ei tantum probabile, quo-
modo dicit illud esse moraliter certum de
honestate ejus actus? si verò est moraliter
certus de illâ, quomodo dicit illud judi-
cium esse tantum probabile? Secundo, si
concedit hanc propositionem, (Non peccat,
qui probabile tantum format judicium de
labe Deiparæ, etsi pro non labe videat stare
motiva valde urgentia, eaque satis solvat)
quomodo negabit licitum opinari minùs
probabile, stante probabiliori, dummodo
hujus rationes satis, seu probabiliter solvat?
Tertio, si non peccat judicans probabiliter
Deiparam in labe conceptam, eo quia nulli
certo, ne quidem probabiliter contradicit,
& Papa non vetat, & putat se satis solvere
argumenta opposita: eo ipso Fogarinus ju-
dicat, quòd quidquid non est certo verum,
& rationes stantes pro prohibitione sunt sa-
tis solutæ, sit licitum. Si autem ita est, ruit
ejus doctrina, & ratio; quòd sequens ma-
nus probabilem, immò probabiliorē, pee-
cet, quia formare potest judicium opposi-
tum.

tum, & quòd satis ad peccatum malitiæ apprehensio.

N. 50. Fogar. Omitto plura. Dixi enim, quòd judicans Deiparam in labe conceptam, hoc nequeat, nisi valde imprudenter, judicare, cum ex Ecclesiæ, & ferè omnium consensu pia sententia sit saltem moraliter certa. Idem Fogar. l.c.n. 19. & 20. fatetur Papam ex certis principiis processisse ad formandam Bullam de colendâ Deiparâ sine labe conceptâ; etsi Spiritus S. nondum inspirarit Papæ, ut ferret edictum de judicando internè, Deiparam sine labe conceptam. At si hoc ita est, ut reverrà est, peto à Fogarino, quomodo cum infallibili Papæ judicio de honorandâ Deiparâ sine labe, stet probabilitas sententiæ oppositæ? Rursus quomodo Papa ut fide Divinâ certum definiat, quòd cultus Deiparæ sine labe conceptæ sit formaliter honestus, quamvis non sit fide Divinâ certum Deiparam fuisse sine labe conceptam? Sanè ex hoc ipso evidens fit, quòd possumus esse certi moraliter de formali honestate actus, quamvis de materiali honestate actus, & objecti non sumus moraliter certi; sicut de fide est, quòd cultus Deiparæ sine labe conceptæ sit formaliter honestus, etsi non sit de fide, quòd Deipara sit sine labe concepta.

S. III.

Alia.

SUMMARIUM.

- Ait se non obligare ad tutiorem, nisi cum opposita non est tuta. Contradictio, n. 51.
- Fogarini praxis ejus doctrina opposita, n. 52.
- Ait nostram sententiam non fuisse ab Antiquis agitatam, n. 53.
- Ait tunc tantum licere minùs tutam, cum tutioris fundamenta solvantur, n. 54. 55.
- Inter moraliter certas, admittit certitudinem tri-
viali Certitudinis, tot sunt vera, quot
falsa, n. 56.
- Tutior est magis proxima errori; Probabilior,
peccato, ibid.
- Si peccatum materiale pre errore materiali vi-
tandum, nulla minùs tuta, etsi moraliter cer-
ta, licebit. Si error magis, quàm peccatum,
nulla tutior minùs probabilis licebit, n. 57.
ad 62.
- Ait neminem teneri investigare probabiliorum,
n. 57.
- Ait Deum jubere, ut sequamur moraliter cer-
tam de honestate actus, non de veritate ob-
jecti. Contradictio, n. 58.
- Ait non licere sequi opinionem minùs tutam D.
Thomæ, Scoti contradicente, n. 59.

Alia ejus contradictoria, n. 60.

Totus Fogarini scopus est, quòd sola opinio, que omnem Dei offensam vitat, sit sequenda, n. 61. 62.

Si ita est, sola evidenter vera licebit, n. 62.

Sequens tutiorem magis est certus de non peccato, quàm de veritate: sequens probabilio-
rem magis de veritate, quàm non peccato, n. 63.

Sexta ex l.c.n. 74. ubi ait, se non obligare N. 51.
semper ad probabiliorum, imò nec ad tu-
torem comparative, seu quando utraq-
ue est tuta, sed adversative, seu quando oppo-
sita non est tuta. Si ita est; ergo nil docet,
quàm quod Probabilitatè, & Probabiliori-
tatè, utrique enim negant obligationem in-
ter magis, & minùs tutas eligendi tutiorem;
cur ergo eos impugnat? Dem sibi contradi-
cit, nam l.c.n. 27. & 29. ait Scripturâ obligare
ad tutiorem, & dari legem vetantem ulum
minùs tutam: & n. 112. ait, quòd si detur
strictissima opinio favens legi, & sit proba-
bilis, etsi opposita foret mihi probabilior,
teneri me illam sequi, nisi ejus rationes tol-
verim: & n. 128. ait, quòd in pertinentibus
ad animæ salutem, si de præcepto dubitetur,
detur lex obligans ad tutiorem. Vel ergo
Scriptura obligat ad tutiorem comparative;
tunc autem negare non potest, ut negat n.
74. nos obligari ad comparative tutiorem;
vel ad tutiorem adversative, seu unice tu-
tam; hoc autem omnes docent; ergo fru-
stra impugnat. Idem dico de lege vetante
minùs tutam: vel hæc stat adversative, seu
pro non tutâ; hoc autem omnes docent: vel
comparative; ergo tenemur sequi tutiorem
comparative; ejus oppositum affirmaverat
n. 74.

En autem praxis ex diametro opposita suæ N. 52.
doctrinæ, nam l.c. n. 73. negat, quòd ho-
mo post mortale teneatur statim conteri; ne-
gat fatendas circumstantias purè aggravan-
tes; negat nos teneri singulis festis dolere de
peccatis, quia, inquit, non datur præcep-
tum obligans ad illa. En 1. praxis opposita
doctrinæ; nam opiniones affirmantes sunt
tutiores de præcepto dubio: ergo si datur
lex vetans minùs tutas, cur eas sequitur, nam
oppositæ stant pro lege? En 2. tota ratio, cur
neget nos ad illa obligari, est, quia non da-
tur præceptum; nam n. 77. ex Scoti in 4. S. Tho.
dist. 17. qu. 1. & ex S. Thom. in 4. dist. 17. di-
cente, Religiosum solum ad præcepta commu-
nia, & ad ea, que certò (nota, tò certò) se ad-
strinxit. En, inquam, quòd Fogarinus hæc
ratione negativâ ductus, quòd non detur
præceptum, negat Religiosum, ut D. Bo-
navent.

navent. docēbat, debere post mortale statim cōteri, aut confiteri: ergo ex D. Thom. ex eo quod non detur *certum* præceptum, non teneor ad illud. Demum quæro, an opinio de fatendis circumstantiis sit ei improbabilis? Si affirmat, vix credam, cum ea sit ferē omnium Thomistarum, & iterum repetam certitudinem moralem opinionis negantis esse arbitrariam. Si negat; ergo erit ei probabilis; ergo cum tutior sit, cur eam non sequitur?

N. Septima ex *l.c. n. 134.* ubi negat nostram
53. sententiam ante Janſenium floruisse, cum ab Antiquis in sensu, quo nunc agitur, discussa non fuerit. Si ita est, ergo sibi contradicit, dum suam vocat antiquissimam, adeoque eam supponit ab Antiquis examinatam.

N. Octava est, quod nostra sententia *probabiliter* adversetur Scripturæ. Si ita est, cur *n. 27.* dixit Scripturam obligare ad tutiorem? nam vel hoc docet, ut moraliter certum; tunc autem nostra *certō* opponitur Scripturæ: vel non? tunc autem suam sequi nequit, quia juxta illum nulla, nisi sit moraliter certa, est sequenda; sed sua non est ex Scripturā illi moraliter certa; ergo ea ex Scripturā sequenda non est.

N. Mirum autem est, quod postquam hic *n. 155.* & alibi sæpe docuerit, tunc tantum licere minus tutam, cum rationes tutoris certō solvantur, subdat nullum Probabilitatem esse posse rationabiliter certum de licito ulu minus tutæ minus probabilis. En mirabilis trasonismus, velle, quod quilibet ejus particularis opinio, etsi minus tuta, sit sibi moraliter certa, quamvis vix aliqua sit, quæ tonitatur fundamentis, quot nostra reflexa; & simul negare nostram reflexam nobis ne quidem esse *posse* moraliter certam. Horreo fictarum moralium certitudinum in omni incertā inter T.T. materiā quantitatem, quæ eō tandem tendit, ut quilibet Papa, qui in materiā dispensationis, vōti, impedimenti oppositum aliis fecutus est; & quilibet Ecclesiæ Doctor, qui alteri in re incertā se opposuit, temper apud te judicaverit oppositos DD. certō errasse, imprudenter se gessisse, & ne quidem probabiliter docuisse, etsi illis ea nec falsa, nec imprudentia viderentur.

N. Nona est ex *num. 101. 102. 103.* ubi ait,
56. quod si opinio non stet pro lege, nulla etsi probabilior eligi possit, sed sola moraliter certa. Si ita est, cur *disp. 3. part. 4. n. 74.* negat se obligare semper ad comparative tutiorem inter probabiles, cum hic absolutē doceat, quod sola stans pro lege sequenda sit, nisi stans pro non lege sit moraliter certa? Rursus cur falsitati putat certō veritati dat pru-

dentiam, eam autem negat maiori probabilitati putat probabilius veritati? Sane non minus inter moraliter certas tot sunt veræ, quot falsæ, quam inter probabiles; ergo si illis inest prudentia, etiam istis. Demum cur obligat omittere minus tutam probabiliorem, & sequi tutiorem minus probabilem? etsi enim eam sequendo sim liber a peccato contra legem, quia ea stat pro lege; atamen ea tutior, ut est minus probabilis, videtur magis proxima errori, & sic eam sequendo operabor contra veritatem; ergo si, ne voluntate peccem, obligat ad tutiorem minus probabilem; obligabo ego, ne intellectu peccem, si argumentum tenet ad probabiliorem minus tutam.

Decima est ex *disp. 3. part. 5. n. 40.* ubi negat sequi ex ejus sententiā, Deum jubere im-
57. possibilia, quia nemo tenetur investigare probabiliorem, sed satis ut inter probabiles sequatur tutiorem. Sed contra; quia absurdum, quod Deus juberet impossibile, sequitur non tantum ex obligatione investigandi probabiliorem, sed multo magis ex obligatione sequendi semper, vel tutiorem inter probabiles, vel investigandi temper moraliter certam, ut minus tuta liceat.

Subdit *l.c. n. 51.* Deum præcipere ut se-
quamur semper moraliter certam de honestate actus, non autem de veritate objecti in
se. Si ita est, cur *part. 6. num. 2.* hoc negat, dicens, quod nemo possit esse certus de honestate formali sui actus, quin certus sit de honestate objecti ejusdem actus? Hoc enim illi opponitur. Cur communem Probabilitatem doctrinam, quæ certitudinem de formali honestate actus dividit à certitudine de honestate materiali objecti, & actus, alibi impugnat, cum tandem huic plenas manus det? Si ergo modō concedit, quod quis possit esse certus de formali honestate actus, quin sit certus de materiali objecti, & actus, eo ipso concedit quantum volumus; ergo sine jure nos impugnat, docendo, quod certitudo de honestate formali actus nitatur certitudini de materiali honestate objecti: si ne jure, quod actus specificetur ab objecto ut est in re: sine jure, quod, ut honeste operetur, necessarium sit judicium moraliter certum de honestate objecti. Vel enim loquitur de objecto ut est in re, tunc autem *n. 51.* sibi contradicit; vel de objecto ut est in mente? & tunc sibi iterum contradicit, quia negat, judicium Jacobi, certō moraliter putantis Liam esse Rachelem, fuisse prudens, quia fuit logicē falsum. Demum nulla minus tuta, etsi moraliter certa, licet, sed sola tutior, aut minus tuta evidenter certa. Ecce

nim sola tutior est evidenter certa de non peccato; nulla autem minus tuta, etsi moraliter certa, est evidenter certa de non peccato: ergo nulla minus tuta, etsi moraliter certa, quia potest esse logicè falsa, licebit.

N. 59. *Fogar.* *P. Moy.* Ait n. 67. contra P. Moyam, non esse horrendum amanti Deum corollarium, quod Scoto contradicente sequi non liceat opinionem Divi Thom. minus tutam; & num. 92. ait de se, quod sine formidine morali gravi actuali aliqua Divo Thom. opposita defenderit. Quare mens Divi Thom. & Scoti fuit, ne ullus eorum opiniones sequatur, nisi eo modo, quo illi, solvendo prius rationes oppositas. Sed eni sollemniter pro praxi chimæra, velle, ne quis Scotum sequatur, nisi sit Scoto æqualis solvendo Divi Thom. rationes; immo velle, ut quis sit doctior Divo Thom. vincendo ejus rationes, & quidem ita ut omnem ab illis tollat probabilitatem, quod certe injuriosum est, tum D. Thom. tum Scoto; uterque enim oppositas rationes putat probabiles. Laudarem magis Fogarinum mentaliter formidantem, dum oppositas D. Thom. opiniones secutus est, quam affectivè intrepidum. Si enim per illum apprehensio peccati satis est ad peccandum, quomodo sequendo opinionem Divo Thom. oppositam apprehensione aliqua tactus non est? Ergo ut peccaret, necesse non erat, ut gravi morali actuali formidine tangeretur; vel si hæc ad peccatum temper est necessaria, sibi contradicit, dum alibi docet, satis esse apprehensionem.

N. 60. *Fogar.* Abstineo ab aliis contradictionibus. Talis est *disp. 3. part. 1.* quod licitum sit operari sub solo judicio reflexo certo de non peccato, ut accidit in eo, qui tutiorem minus probabilem sequitur; & tamen *part. 3. n. 6. & part. 5. n. 73.* negat satis esse reflexum de certa probabilitate, etsi sit prudens. Talis *part. 2. n. 49.* quod restituere, cum stet pro lege, non sit tutius quam non restituere. Talis *part. 6. n. 17. 18.* ubi negat, quod si tenemur temper ad tutiorem, nisi minus tuta sit moraliter certa, tenebimur semper ad strictiorem, quia, inquit, non constat saltem omnibus probabiliter, seu ex gravi fundamento dari præceptum de sequenda semper strictiori. Si ita est, cum nulli Probabilistarum, aut Probabilioristarum sit moraliter certum (nam, juxta Fogar. nullam minus tutam sequi licet, nisi sit moraliter certa) dari præceptum sequendi temper tutiorem, nisi minus tuta sit moraliter certa, non erit ea semper sequenda. Talis *num. 22.* ubi negat contra P. M. Phylisum, quod ad absolute probabile necesse sit, ut per judicium prudens approbe-

tur ut verum, alias cum probabilius non possit approbari prudenter ut verum, (potest enim in re esse falsum) probabilius non erit absolute probabile. Si ita est, nec moraliter certum erit absolute probabile, & prudens, quia potest esse in re falsum, cum ex contradictoriis opinionibus, suis Doctoribus juxta Fogarin. moraliter certis tot sint in re veræ, quot falsæ. Talis n. 26. quod ut minus tuta liceat, solvende sint rationes tutioris quietativè, ita ut nulla de veritate tutioris formido habeatur. Sed præter hoc quod sepe implicet tutioris argumenta quietativè solvere, ita ut nulla peccati apprehensio habeatur, quæ juxta illum ad peccatum satis est, hoc idiotas, qui etiam salvandi sunt, includere non possit; & præter hoc quod quilibet Doctor ut tutioris rationes quietativè solveret, deberet esse præstantior S. Tho. aut S. Bona. stante pro tutiori; præter hæc, inquam, si tutioris rationes quietativè solvendæ sunt, ita ut nulla de veritate tutioris formido haberi possit, sequitur quod numquam licebit minus tuta, etsi moraliter certa, sed sola minus tuta evidenter certa, quin sola tutior, etsi non probabilis, tenenda erit, quia etsi hæc non sit probabilis de sui veritate, est tamen evidens de non peccato, quæ evidenti non peccati nulli minus tutæ, etsi moraliter certa de non peccato convenit. Talis n. 66. ubi ait falsum, quod voluntas nequeat prudenter imperare assensum parti minus probabiliter stanti pro lege, quin *num. 85.* dicit, quod assensus præstitus probabiliter tutiori sit medium aptum pro non peccato, & pro vitando periculo violandi Dei legem, quod minus tuta proponit.

Ecce 1. si verum est, quod assensus præstitus tutiori minus probabiliter sit prudens, 61. cur alibi exigit certitudinem ad prudentiam, Fogar. & ideo negat prudentem esse assensum præstitum minus tutæ probabiliori? Ergo ruit quidquid contra nos, & Probabilioristas colligit.

Ecce 2. totus Fogarini scopus, tum ex n. N. 85. tum ex 95. 96. & 100. videtur, quod 62. sola opinio, quæ omnem Dei offensam vitat, Fogar. neglecta omni opinionis veritate, sequenda sit: etenim comparando minus tutam probabilioris cum tutiori minus probabiliter, hanc sequi obligat, omittit probabiliori. Si autem ita est, inferam 1. quod tutior non probabilis, quia est evidens de non peccato, & de non periculo peccati, præferenda sit minus tutæ moraliter certæ, cui semper inest periculum peccati, cum possit esse logicè falsa. Secundo, quod Deus nec odio habeat falsitatem, nec amet in opinionibus veritatem.

Mm scd

sed unice veret, ne aliae leges (excepta veritatis lege) violentur. Sane non video, cur error cognitus ut talis, qui sine dubio est peccatum, non sit preferendus peccato contra alias leges. Nec satis, ut ait *n. 109.* quod nulla lex detur de tutiori non probabili, cum nullum adsit peccati formalis periculum. Fateor nullam talem dari legem, at ex recenter ab eo allatis colligo, quod cum ex moraliter certis tot sint logicè verè, quot falsæ, eo ipso prudens datur formido, quod minus tuta, etsi moraliter certa, sit falsa, adeoque contra legem: ergo cum evidens sit, nullum esse in tutiori non probabili periculum peccati contra legem, non ita in minus tuta moraliter certa, si unicus finis est non peccatum, eligenda potius erit tutior non probabilis, quæ est evidens de non peccato, quam opinio minus tuta moraliter tantum certa de non peccato.

N.
63.
Fogar.

Confirmo: quia si *n. 150.* de ignorantia legum dicit, non tantum esse malam intellectui, sed etiam voluntati, quia cā stante haberi nequeunt actus meritori, & virtutis, quos Deus per legis obedientiam pratendit; cur si sine logica veritate dicti actus haberi nequeunt, obligat ad tutiorem minus probabilem, præ minus tuta probabiliori, cum hæc magis, illa minus accedere ad verum videatur? Vel ergo Fogarinus magis sollicitus est, ne detur peccatum materiale, quam ne detur error materialis, vel magis, ne iste detur, quam ne illud detur; vel de utroque est æque sollicitus? Si primum, numquam licebit minus tuta moraliter certa, sed sola tutior, etsi non probabilis, quia hanc sequens nullum timet ne quidem peccati materialis periculum. Si secundum, minus tuta saltem probabilior licebit. Si tertium, numquam licebit opinari, & operari, quia in omni minus tuta, nisi sit evidens, est periculum falsitatis logicæ. Quare tenendum quod nos dicimus, quod Deus errorem materiale, & peccatum materiale prudenter negata non veret, sed tantum ea ut prudenter affirmata. Quin si alterutrum magis vetaretur, magis vetaret errorem materiale, quam peccatum materiale: ut enim formalis, seu error liber magis nocet animæ, ut constat in Atheismo, Hæresi &c. quam peccatum formale contra virtutes voluntatis; ita error materialis peior est peccato materiali.

N.
64.
Fogar.
M. Gon.

Denum talis est, quam *part. 6. n. 101.* habet contra Gonet. dicentem, licitum sequi probabilem, quando non apparet alia probabilior. Impugnat autem Fogarinus, eo quia tunc erit licitum sequi probabiliozem. At si bi contradicit, nam *part. 5. n. 57. & 58.*

part. 6. n. 99. docet licitum sequi probabilem, quando sola est in mente: ergo docet quod impugnat; quidquid deinde sit, an ea probabilis sola in mente vocanda sit probabilior, an probabilissima, an unice probabilis ex ignorantia, ut reverà vocanda est.

SECTIO III.

Præcipuum Fogarini argumentum.

§. I.

Quia ad iudicium prudens non satis est evidens, aut certitudo de probabilitate boni sui.

SUMMARIUM.

Ait quod nec apud S. Thom. nec S. Bonav. nec Scotum, nec Henricum, penes quos ipsa Probabilitatem viguit, solum iudicium de Probabilitate satis fuerit, n. 65.

Certitudo moralis de opinione inter TT. incerta, quam trivialis, n. 66.

Expono textum D. Thomæ, quam periculosum sit dare ut certum, quod non est, ibid.

Nostri sententia de sufficientia solius iudicii reflexi supra probabilitatem, nullam speciem habet contra se argumentum, n. 68.

Theologorum munus est prius veritatem, deinde, si hæc maneat incerta, probabilitatem examinare, n. 69.

Inductio omnium Doctorum, qui soli mutant reflexo de probabilitate iudicio, n. 70.

S. Bonaventura dubiam legum interpretationem comparat ponti semipitrido, n. 71.

Hoc perstringit singulariter Probabilistam, & Certitudinistam, ibid.

Ego ad plura obligo quam ad iudicium directum sine reflexo, n. 72.

Fogarini ait non esse tutius in dubio resistere, quam non restituere. Impugno, n. 74-75.

Contradictio, n. 76.

Objicit 1. *d. 3. part. 2. n. 137.* Si noster N. reflexus de certâ opinionis probabilitate te modus satis est, fallum est D. Thomæ s. l. b. effatum, quod quoties veritas expresse non habetur, quævis de peccato mortali questio periculose determinetur, nam, juxta nos, non datur expresse veritas, & tamen questio determinatur. Confirmat *n. 160.* qui nec S. Thom. nec S. Bonav. nec Scotus, nec Henricus, apud quos usus probabilitatum s. l. b. viguit, resolverunt questiones nostro, autem Probabilistarum Reflexistarum modo, dicentes: cuncto omne certò probabile esse tutum, sed hæc semper directè resolverunt.

Sed contra 1. quia nil magis contra Fogarinum, quam Divi Thomæ doctrinas si enim, 66. ubi

ubi veritas expressè non habetur, omnis quaestio de mortali periculose determinatur, quomodo Fogarinus tam trivialem de omni quaestione inter T.T. de mortali valde incertam inducit certitudinem, obligando omnes, ne sine eâ affectatâ certitudine operentur? Quid enim periculosius, quam summè incertam de mortali quaestionem per certitudinem determinare, ita ut etsi contra meam opinionem stent valde graves rationes, & DD. adhuc velim eam esse mihi moraliter certam?

N. 67. Contra 2. quia per hoc ipsum, quod quaestio prorsus incerta per iudicium directum periculose determinatur, quando veritas non constat, ideo recurrendum ad veritatem reflexam, quæ certò constat, seu ad iudicium reflexum de certâ obiectivâ probabilitate; hujus enim veritas certò constat, etsi directâ opinionis veritas sit incerta.

N. 68. Monui saepe nostram sententiam, quod satis sit solum iudicium reflexum de obiectivâ veritatis opinativâ probabilitate, ut rectè operemur, nullum habere speciale argumentum contra se. Ut enim dato quod liceat operari juxta minus tutam subjectivè probabiliorem, intuli licitum operari sub solo iudicio reflexo de obiectivâ minus tute probabilitate, suspensio omni iudicio directo subjectivè probabiliore de directâ opinionis veritate; nec ullum speciale argumentum contra dicti reflexi iudicii sufficientiam trahi potest, sed omne, quod trahi potest, erit contra licitum usum minus tute subjectivè probabilioris: ita in casu nostro nullum speciale adduci potest argumentum contra sufficientiam solius iudicii reflexi certi de obiectivâ veritatis opinionis directè probabilitate, suspensio omni directo iudicio subjectivè probabili de eadem veritate; sed totum non erit nisi contra licitum usum opinionis minus tute, & minus probabilis subjectivè. Idem dico de licito usu minus tute subjectivè moraliter certæ; quo admisso, nil trahi potest contra sufficientiam solius iudicii reflexi certi de morali obiectivâ veritatis opinionis moraliter certæ. Hoc patet in tutiori minus probabili, in qua, suspensio omni directo, sub solo reflexo operamur.

N. 69. Ad confirm. dixi, quod à Theologis veritas quaestionis directæ regulariter examinatur, & examinanda est; nam primum eorum munus est directum ferre de opinionis directæ veritate, aut falsitate iudicium; ergo non mirum, si eo modo reflexo regulariter non utantur; quod nos quoque præstamus. Ex hoc autem non inferitur, quod quia

Tom. III.

quaestiones à T.T. solent directè resolvì, iudicando opinionem veram, aut falsam, quod non resolverint easdem saepe reflexè; resolvunt enim, contenti unice in rebus valde incertis certum ferre de opinionum probabilitate iudicium, suspensio omni directo.

Profectò disp. 22. per totam luculenter, recitatis fideliter formalibus eorum verbis, 70. mentem Pontificum, & Cesarum ostendi, qui, suspensio directo de veritate iudicio, de solâ obiectivâ opinionis probabilitate sententiam tulere. Dedi quindecim clarissimos D. Thom. textus, qui solo contentus probabilitatis iudicio quaestiones resolvit. Adduxi undecim satis claros ex Scoto textus. Recitavi alios ex D. Bonav. D. Gregor. D. Antonino. Retuli ex Thomistis eminentiores Theologos, nempe Card. Caietan. M. Ferrar. M. Victoriam, M. Soto M. Medin. M. Gonet. M. Passer. M. Joan. Mart. de Prado, (qui postremi sunt Probabilioristæ) aliosque plures. Citavi ex Scotistis celebriores, nempe Alex. de Ales, Angelum, Phil. Fabrum, Mich. de Medina, Cordub. Bordon. Mastrium, & alios. Quin ex ipsismet Probabilioristis, nempe Card. de Aguirre, P. Scildere, P. D. Thyrsò, P. Muncisla ostendi, quod frequenter quaestiones directas, non nisi per obiectivam probabilitatem, aut probabilitatem resolvère. Demum exemplo Deipare, Angelorum, & omnium summè prudentum probavi satis solum certum de obiectivâ probabilitate iudicium, suspensio omni directo subjectivè probabili, probabiliore, aut moraliter certo (quod etiam semper potest esse falsum) de veritate opinionis, & honestate operationis: ergo tam obvius est Antiquis talis modus operandi, quam antiquus est. Addo quæ Fogarinus contra nos trahit ex D. Bonavent. stare apertè contra illum: etenim D. Bonaventura libro de Processu Religionis, Processu 5. cap. 3. postquam dubiam præcepti interpretationem ponti semiputrido comparavit, hoc applicat sequenti incertam opinionem suam, vel alterius; & ait: *Maximè cum tales opiniones plerumque periculosiores sint, quam aperte transgressiones, qui ubi scit homo se deliquisse, inde facile corrigitur; ubi autem nescit se peccare, & insuper credit sibi licere, inde nec in morte convertitur propter falsam spem.* Rogo, quinam sit, cui sua opinio fiat incorrigibilis? Sanè ille, cui omnis propria est certò moraliter vera; & omnis aliena non tantum est falsa, sed non est probabilis: ergo obligans ne quis sequatur opinionem, nisi illi fiat moraliter certa, cum hoc difficilimum sit, maximè, si quis

Mm ij oppo-

opposita opinioni assuetus sit, facit hominem incorrigibilem. Dicam enim Praelato me corripienti, ut mihi suam opinionem reddat moraliter certam, sine cuius morali certitudine operari non possum. Alia plura ex D. Bonavent. aliisque TT. dedi supra.

N. Et quidem si res ponderetur, ego ad plus
72. obligo, quam qui ad iudicium directum sine reflexo: hi enim obligant ad iudicium directum subjective probabilius, aut moraliter certum; ego obligo ad iudicium reflexum evidens, & certum de objectiva probabilitate; ita ut quis sequatur opinionem probabilem, non satis sit, ut iudicet esse probabilem, sed debet certo, & evidenter scire opinionem utramque esse absolutam, & relative probabilem. Probabiliorista autem contenti sunt, ut quis iudicet juxta opinionem sibi probabilioris, (quod idem dicit Fogarinus de moraliter certa) etsi non examinata opinionis opposita probabilitate. Dicunt enim saepe, quod si alicui occurrat una tantum opinio, quod tunc illa sit unica probabilis, & moraliter certa, & ejus sequela licita.

N. Similiter dico, quod si non licet sequi minus
73. probabilem, non licet sequi Doctorem minus famulum, nec confiteri Confessori minus docto, nec consilium petere a minus sapienti, nec curare se cum Medico minus experto. Haec autem quantum recedant a vero, & quantum salutis viam difficilem reddant, nemo non videt.

N. Nolo omittere quod Fogarinus disp. 3.
74. part. 2. a. n. 49. tradit, ut solvar argumentum ex Scoto tueri, quod qui in extrema necessitate furatus est, non teneatur, ut ad pinguorem fortunam pervenit, restituere. Ait enim n. 51. non esse tutius adversative restituere, quam non restituere; id est, magis vitat periculum peccati restituendo, quam non restituendo, negat; quia cum non teneatur restituere, nihil enim alicuius habet, nullum peccandi periculum incurrere potest; & tam securus est non restituendo, quam restituendo. Hec Fogarinus. Mirabilis doctrina, & ex diametro opposita ei, quam saepe tradit de sequenda tutiori, nisi minus tuta sit moraliter certa. Nam relata doctrina tollit discrimen inter minus, & magis tutam opinionem. Nam tutior est, quae stat pro lege; minus tuta, quae pro libertate: sed opinio stans pro restitutione stat pro lege; ergo est tutior opposita stante pro non restitutione, seu pro libertate: ergo negari non potest, quod Scoti opinio sit minus tuta.

N. Addo 1. quod solutio Fogarini evertat,

quae contra nos trahit. Ut enim dicit, quod restituere non sit tutius, quam non restituere, tutius, inquit, non sic adversative, sed tantum comparative, quia nulla datur obligatio restituendi, & ideo non restituendo nullum incurritur peccati periculum. Ita ego dico, quod cum nulla detur obligatio sequendi tutiorem, aut probabilioris, est quis sequatur minus tutam minus probabilem, nulli periculo peccati se exponit: est enim una opinio sit comparative tutior alia, non tamen adversative, quia quilibet est tuta, cum non detur obligatio tutioris.

Addo 2. sibi contradicere, nam dicta N. disp. 3. part. 2. a. n. 49. opinionem stantem pro restitutione negat esse tutiorem opinione negante. Infra autem disp. 3. part. 6. n. 49. opinionem affirmantem virtutes infundit in Baptismo vocat tutiorem negante eas infundit: cum tamen stans pro restitutione, qui stat pro lege incerta, sit tutior; stans pro infusione virtutum, quia non stat pro lege, non sit tutior; non enim omnis opinio affirmans est tutior negante, sed ea tantum, quae affirmat legem.

S. II.

Quia iudicium certum de probabilitate honestatis est indifferens ad verum, & falsum.

SUMMARIUM.

Ait quod nullum iudicium prudens possit esse indifferens, n. 77.

Ait iudicium reflexum certum de probabilitate non esse certum de honestate, n. 78.

Solvo. Etiam certitudo moralis est indifferens, n. 79.

Nego, quod iudicium reflexum de probabilitate sit indifferens, sed solum directum de honestate, n. 80.

Directum est indifferens de materiali, non de formali honestate, n. 81. 82.

Nulla oppositio inter duo iudicia reflexa de probabilitate, n. 83.

Magis salvatur prudentia suspensa iudicio probabilis, n. 84. 85.

Fogarinus negat, quod certum de probabilitate honestatis sit certum de honestate, n. 86.

Dico quod certum de probabilitate honestatis materialis, etsi non sit certum de honestate formali, est tamen certum de honestate formali, n. 87. ad 95.

Reflexum supra probabilitatem honestatis materialis iudicium supponitur certum, n. 94. 95.

Obijcit 2. disp. 3. part. 3. n. 6. Ad iudicium prudens non satis est evidencia de probabilitate honestatis, ut vult Mastrus in a. disp.

disp. 5. a. n. 126. quia de ratione prudentiæ est, ut non sit positivè indifferens ad verum, & falsum, seu ad honestatem, & inhonestatem, aliàs non esset virtus determinata ad verum, ut vult Aristoteles, immò opinio posset esse virtus, quod est contra Aristotelem: sed iudicium certum de honestatis probabilitate est indifferens ad verum, & falsum, seu ad bonum, & malum practicè, quia probabilitas honestatis stat cum probabilitate inhonestatis, quam operans tenetur advertere, cum potest: ergo tale iudicium non potest esse prudentiale, nec certa regula voluntatis ad honestè operandum, cum regula prudentiæ sit certa, & de objecto certò honesta.

N. 78. Fogar. Confirmat; quia ut quis honestè operetur, formare debet iudicium certum de licentiâ actionis; aliàs exponet se periculo offendendi Deum: ergo non satis est certitudo de solâ probabilitate honestatis. Consequentia probatur; quia certitudo de solâ probabilitate honestatis non est certitudo de honestate; potest enim stare cum certitudine de probabilitate inhonestatis: ergo solâ certitudo de probabilitate honestatis non est satis pro certâ regulâ honestè operandi.

N. 79. Sed contra retorqueo argumentum: quia ipsa etiam moralis certitudo honestatis est indifferens ad verum, & falsum, adeoque ad bonum, & malum; nam moralis certitudo honestatis potest esse in re falsa; potest enim non esse in re honestum, quod apparet certò moraliter honestum: ergo vel indifferentia ad verum, & falsum, ut in re sunt, nihil contra nos probat; vel siquid probat, probat etiam contra Fogarinum non satis esse iudicium directum moraliter certum de honestate, ut quis honestè operetur.

N. 80. In formâ nego antecedens, quòd ad formandum iudicium prudens de formali honestate operationis non satis sit iudicium evidens de probabilitate honestatis materialis. Ad probationem, falsum prorsus est, immò non est ad rem dicere, quòd iudicium certum de probabilitate honestatis sit indifferens ad verum, & falsum, seu ad bonum, & malum; nam, quod est indifferens, est ipsum iudicium directum subjectivè probabile, probabilius, aut moraliter certum; at iudicium reflexum evidens, & certum de probabilitate honestatis non est indifferens, sed est necessariò verum de suo objecto; & objectum huius iudicii reflexi non est veritas, aut falsitas opinionis, bonitas, aut malitia operationis, (hec enim sunt objecta iudicii directi, sive probabilis, sive moraliter certi) sed est ipsa probabilitas ve-

Tom. III.

ritatis opinionis, & honestatis actionis: ergo dicere, quòd iudicium certum de probabilitate honestatis sit indifferens ad verum, & falsum, ad honestum, & inhonestum, est prorsus falsum, & non est ad rem, & confunditur tum objectum iudicii directi cum objecto iudicii reflexi, tum ipsum iudicium reflexum cum iudicio directo.

Deinde toto hoc gratis transmissio, distinguo eandem probationem: Iudicium certum de probabilitate honestatis formalis est indifferens, ut ipse actus, & objectum sit, vel non sit materialiter honestum, seu in re honestum, concedo: est indifferens ut ipsum opus, & objectum, ut sub eo iudicio certo de probabilitate honestatis materialis, non sit formaliter honestum, nego. Explico. Ut enim opus, & objectum iudicii moraliter certi de honestate materiali operis, & objecti est indifferens, ut in re sit bonum, aut malum; non est autem indifferens, ut sit formaliter bonum, prout positum sub eo iudicio moraliter certo de honestate materiali: ita in nostro casu opus, & objectum iudicium certò probabiliter honestum in re est indifferens, ut non sit in re honestum; attamen opus ipsum, & objectum, ut positum sub iudicio certo de probabilitate honestatis materialis, non est indifferens, ut non sit formaliter honestum, quin est formaliter honestum.

Ad aliam probationem, quòd iudicium certum de probabilitate honestatis materialis sit cum altero reflexo de probabilitate inhonestatis materialis, fateor ita esse; at hoc non facit, quòd opus ut positum sub eo iudicio certo de probabilitate honestatis materialis non sit formaliter honestum: tum quia tunc aliud iudicium certum de probabilitate inhonestatis materialis non influit, nec ad illud opus dirigit, etsi præsens sit: tum quia nulla datur lex obligans, ne ponam opus, stante iudicio certo de probabilitate inhonestatis materialis, præsente iudicio certo de probabilitate honestatis materialis ejusdem operis; sed tantum, ne ponam opus, quoties mihi certum est, esse certum in re; non autem quoties mihi est certum, esse probabile non esse in re malum, quamvis mihi sit certò probabilius, esse in re malum.

Addo 2. quòd cum licitum sit, ut ostendi, suspensio omni iudicio directo moraliter certo de materiali honestate operis, ponere opus sub solo iudicio reflexo de objectivâ certitudine morali honestatis operis, sequeretur, quòd si non licet ponere opus, posito utroque iudicio reflexo certo, uno de

Mm iij proba-

probabilitate objectivâ honestatis materialis operis, altero de objectivâ probabilitate materialis inhonestatis operis, neque licitum esset ponere opus sub iudicio reflexo de objectivâ morali certitudine materialis honestatis operis. Ratio est; quia cum hoc iudicio reflexo, *Est evidens, quod sit moraliter certum opus A esse materialiter honestum*, stat hoc aliud reflexum, *Est evidens, quod etsi sit moraliter certum opus A esse materialiter honestum, potest tamen, & sepius accidit, quod non sit materialiter honestum*; immo hoc toties accidit, quoties dantur opiniones contradictoriae: ut enim Fogarinus suam opinionem de materiali honestate operis A putat sibi moraliter certam, ita juxta ejus doctrinam, quod nemo sequi possit licite aliquam opinionem, nisi sit sibi moraliter certa, Author ei opinioni contradicens putabit suam opinionem de materiali ejusdem operis A inhonestate, esse sibi moraliter certam: ergo si non licet operari sub iudicio reflexo de certâ probabilitate materialis honestatis operis, stante alio iudicio reflexo de certâ probabilitate materialis inhonestatis operis; neque licebit operari sub iudicio reflexo de objectivâ morali certitudine materialis honestatis operis, quia cum eo stare potest aliud reflexum evidens de possibilitate, quod opus illud non sit materialiter honestum.

N.
84.

Addo 2. quod cum probaverim, quod sola certitudo de objectivâ probabilitate materialis honestatis operis, etsi conjungibilis sit cum alio iudicio reflexo certo de minori probabilitate inhonestatis materialis ejusdem operis, satis sit ad honestè operandum, suspensio omni iudicio directo subjective probabiliore de materiali honestate: ita à pari sola certitudo de minori objectivâ probabilitate materialis honestatis operis, etsi conjungibilis sit cum alio iudicio reflexo certo de objectivâ probabilitate materialis inhonestatis ejusdem operis, satis erit, suspensio omni iudicio directo subjective probabili de materiali honestate, satis, inquam, erit ad honestè formaliter operandum.

N.
85.

Addo 3. quod juxta me longè magis salvatur prudentia, eo ipso quod omne iudiciū directum suspenditur; hoc enim dummodo non sit evidens, aut supernaturale, semper potest esse falsum, & sepius est falsum, etsi sit moraliter certum, & hoc toties quoties de eodem objecto inter T.T. hinc inde valdè dubio dantur iudicia directa contradictoria: ergo prudentia longè melius salvatur per hoc quod suspendam omne iudiciū directum non evidens, & non super-

naturale, & solum concipiam iudiciū reflexum evidens, & verum de probabilitate honestatis materialis, etsi non de materiali honestate.

Dices 1. ex Fogarino n. 10. falsum esse, quod docet Mastrius, nempe, quod eo ipso quod certus sum de probabilitate honestatis, Fogar. certus quoque sum de honestate, ut docent Mastr. communiter Doctores. Primò, quia si certitudo de probabilitate honestatis est certitudo honestatis, etiam certitudo de probabilitate inhonestatis erit certitudo inhonestatis; atque adeo habens simul utrumque iudiciū reflexum certum, unum de probabilitate honestatis, aliud de probabilitate inhonestatis, erit simul certus de honestate, & de inhonestate; ergo peccabit simul, & non peccabit: peccabit, quia est certus de malitiâ; non peccabit, quia est certus de honestate. Secundò, quia implicat, ut quis sit simul certus de honestate, & de malitiâ ejusdem actionis: ergo implicat, ut certitudo de probabilitate honestatis sit certitudo honestatis, & certitudo de probabilitate malitiæ sit certitudo malitiæ. Tertiò, quia falsum est, quod DD. communiter doceant, quod certitudo de probabilitate honestatis sit certitudo de honestate, nam ad hoc ut quis honestè operetur, requirunt, quod ultimum iudiciū sit directè, vel reflexè certum de honestate, ut docent Terillus qn. 13. de Conf. & Merenda à n. 506. ad 600, in Praefatione referens Authorum dicta.

Respondeo verum mihi esse, quod certitudo de probabilitate honestatis materialis, non sit certitudo honestatis materialis, seu ut est in re: sicut enim probabilitas honestatis materialis non est honestas in re; ita neque certitudo probabilitatis honestatis materialis est certitudo honestatis materialis, seu ut est in re. At ex hoc non sequitur, quod certitudo de probabilitate honestatis materialis non sit certitudo honestatis formalis; quia hoc ipso, quod opus iudicatur reflexè certò probabiliter honestum in re, eo ipso tale opus, ut subsistens iudicio reflexo certo de probabilitate honestatis materialis, sit formaliter honestum. Nec obstat, quod tunc adsit aliud iudiciū certum de probabilitate inhonestatis materialis, adeoque fiet formaliter inhonestum; non, inquam, obstat, quia nemo, ut dixi, tenetur vitare opus, quod certò iudicatur probabiliter inhonestum materialiter, dummodo simul adsit iudiciū, quo certò iudicet probabiliter honestum materialiter: nam datur talis lex hoc vetans, lex enim, quæ datur, est, quod nemo ponat opus certò inhonestum materialiter: aut nemo

nemo ponat opus, quod unice judicatur certo probabiliter inhonestum materialiter: hæc est lex, quæ datur; non autem datur lex, ne quis ponat opus, quod certo judicatur, probabile esse, quod sit honestum materialiter; ergo certitudo de probabilitate honestatis materialis, etsi unita certitudini de probabilitate inhonestatis materialis, est certitudo de honestate formali operis, etsi non sit certitudo de honestate materiali operis: e contra certitudo de probabilitate inhonestatis materialis, etsi unita certitudini de probabilitate honestatis materialis, nec est certitudo de inhonestate formali operis; nec est certitudo de materiali inhonestate operis.

N. 88. *U*lterior ratio, cur licet certitudo de probabilitate materialis honestatis non sit certitudo de materiali honestate, adhuc tamen satis sit ad honeste formaliter operandum, est; quia, ut dixi, ut quis honeste formaliter operetur, satis est certitudo de probabilitate materialis honestatis ipsius operis, conjuncta cum negatione certitudinis de malitia materiali ipsius operis: sed certitudo de probabilitate materialis honestatis, etsi unita cum certitudine de probabilitate malitiæ materialis, adhuc est certitudo de probabilitate honestatis materialis, conjuncta cum negatione certitudinis malitiæ materialis: ergo ea certitudo de probabilitate honestatis materialis, adhuc satis est ad honeste formaliter, aut saltem ad non inhoneste formaliter operandum.

N. 89. *D*ices 2. hanc certitudinem de probabilitate materialis honestatis operis, saltem unitam certitudini de probabilitate, aut probabilitate materialis inhonestatis operis non satis esse, ne formaliter inhoneste operemur.

N. 90. *N*ego antecedens; quia, ut sæpe dixi, nemo tenetur vitare malum, nisi vel sit certus de illo, vel nisi formet judicium certum de probabilitate malitiæ materialis, & sit divisum ab alio certo de probabilitate non malitiæ materialis; sed formans utrumque judicium reflexum, (divisum ab omni directo de malitiâ, & de non malitiâ materiali operis) unum certum de probabilitate malitiæ materialis, aliud certum de probabilitate non malitiæ materialis operis, non habet judicium certum de probabilitate malitiæ materialis, divisum à judicio certo de probabilitate non malitiæ materialis: ergo. Adde, quod malitia prudenter negabilis, etsi sit etiam prudenter affirmabilis, non obligat; eo quia nisi lex vetans malitiam sit certa, non obligat.

*D*ices 3. ex Fogarin. n. 17. Judicium certo probabile, stante judicio certo probabiliore de non licentiâ, nec potest esse certum, nec prudens, sumptâ prudentiâ pro virtute, quæ numquam fallum dicit; nam hoc ipso, quod adit motivum pro non licentiâ, eo ipso est certo probabilis non licentiâ: ergo intellectus non potest esse certus de licentiâ.

*S*ed contra 1. quia ego non dico, quod N. certitudo de probabilitate licentiæ, seu honestatis materialis ipsius operis sit certitudo honestatis materialis ejusdem operis; immo dico, quod non sit: sed dico, quod certitudo de probabilitate materialis honestatis ipsius operis, sit certitudo de formali honestate ipsius operis, adeoque satis ut honeste formaliter operer: atque adeo, esto speculative possim prudenter formidare de materiali honestate operis, non tamen de formali; quatenus actio directa ab eo judicio certo de probabilitate materialis honestatis ipsius actionis est formaliter honesta; eo modo quo actio directa à judicio certo de opere præcepto à Superiore est formaliter honesta, etsi sæpe in re sit materialiter inhonestata.

*C*ontra 2. quia si argumentum tener, tenet suum Authorem; non enim licebit operari sub judicio directo moraliter certo de materiali honestate operis; quatenus etsi sit prudens, non tamen est verum, immo sæpe est fallum.

*C*ontra 3. quia judicium reflexum certum N. de probabilitate numquam est fallum, quin est semper evidens, & verum; nam debet probabilitas opinionis, juxta me, esse evidens; ergo est semper speculative prudens.

*C*ontra 4. quia nemo melius salvat prudentiam, (etsi detur, quod semper dicere debeat speculative verum) nam est semper speculative verum, probabile esse, quod opus sit materialiter honestum: immo, per nos, est semper speculative verum, quod ut quis honeste, aut ne saltem inhoneste operetur, satis sit certum de probabilitate materialis honestatis operis judicium.

§. III.

*Q*uia si satis est certa probabilitas ad agendum prudenter, nulla opinio certo probabilis damnari potuisset.

SUMMARIUM.

*A*it quod habens duplex reflexum de probabilitate honestatis, & de probabilitate inhonestatis judicium, eligere nequeat opus ut honestum, n. 96.

Et

Et quod si satis est certa opinionis probabilitas, nulla damnari potuisset, ibid.

Dico nullà legē vetari, ne quis ponat opus probabilius obiectivè inhonestum, n. 97.

Certitudo de opinionis probabilitate aliunde à doctis, aliunde ab idiotis sumenda, n. 98.

Ut moraliter certa potest damnari ob fictitiam certitudinem honestatis materialis; ita certa de probabilitate ob probabilitatem fictitiam de materiali honestate damnari potest, n. 99.

Aut nostrum principium, Qui certo probabiliter agit, prudenter agit, falli in Medico &c. n. 100.

Et quod Alexander VII. illud evulsi damnando plures probabiles, ibid.

Retorqueo omnia, n. 101.

Omnes, sive limitent, sive non limitent dictum principium, idem dicunt, n. 102.

Valet ubi opinio est practica, ibid.

Nulla certo probabilis, retentà certò verà probabilitate, est damnabilis; est non dimissa fictitia probabilitate, n. 103. 104. 105.

Nulla laxitas a probabilitate, aut probabilioritate, aut morali certitudine, sed tota à Certitudinistà, Probabilioristà, & Probabilistà, dantibus opinioni certitudinem, & probabilitatem, quā caret, n. 106.

N.
96.
Fogar.

Objicit 3. Implicat, ut habens certum tam de probabilitate honestatis, quàm de probabilitate non honestatis iudicium, eligat opus illud ut honestum, seu ex amore honestatis, cum certum sibi sit, quod sit probabilius inhonestum: ergo implicat, ut quis sub certo de probabilitate honestatis iudicio, unito saltem alteri certo de probabilioritate inhonestatis iudicio, honestè operetur. Confirmat; quia plures opiniones damnatæ fuerunt, etsi suis Patronis essent certò probabiles: ergo ut quis prudenter agat, non satis est certa probabilitas.

N.
97.
Fogar.

Nego antecedens; quia etsi opus appareat certò probabilius obiectivè inhonestum; at tamen simul apparet certò probabiliter obiectivè honestum, juxta ejusdem Fogarini doctrinam hic n. 28. & alibi ab eodem traditam, qui nobiscum sentit, quod minus probabile maneat certò probabile in conspectu certò probabilioris: ergo potest quis eligere illud obiectum, quatenus appareat certò probabiliter obiectivè honestum. Nec obstat, quod certa sit quoque obiectiva probabilitas inhonestatis; esto enim hæc certa sit, non ideo sit, ut ab eo opere abstinere debeam; debet enim probari, quod opus certò probabilius obiectivè inhonestum, ita tamen ut simul sit certò probabiliter obiectivè honestum, sit vitandum; & quod detur

certa lex obligans vitare opus cognitum simul certò, ut obiectivè probabilius inhonestum, & ut obiectivè probabiliter honestum; nisi enim hæc lex certò probetur, nemo tenebitur illud opus vitare; alias fore omnia vitanda essent, & dici possent verita.

Dices ex Fogarin. n. 31. Ut quis sit cert. N. tus de opinionis probabilitate, vel satis est, 98. quod certò sciat eam esse plurium Doctorum gravium, vel necesse est, ut examine motiva?

Respondco, quod huic interrogationi ipse Fogarinus occurrere teneatur, nam nobiscum admittit certam simultaneam obiectivam utriusque opinionis probabilitatem: ergo scire debet, quid ad certam opinionis probabilitatem requiratur. Deinde dico certitudinem probabilitatis opinionis aliunde sumi à doctis, aliunde à rudibus. Vi vir doctus certus sit de obiectivà veritatis opinionis probabilitate, non satis est, ut sciat eam doceri à gravibus Doctoribus, & habere gravia motiva, sed præterea requiritur, ut sciat, quod Doctores oppositi ejusdem opinionis veritatem impugnantes iudicent eam esse certò probabilem, seu habere motiva certò gravia. Similiter requiritur ut opinio ita sit probabilis, ut non videatur improbabilis; id est, probabilitas debet adeo certò constare, ut nullo modo possim prudenter formidare de probabilitate; si enim possum, eo ipso certus non sum de probabilitate, sed ea opinio erit tantum probabiliter probabilis, adeoque ejus usus illicitus, ut docui.

Ad confirm. dico manifestè inflari; nam omnes damnatæ fuerunt suis Patronis non tantum certò probabiles, sed certò probabiliores, immò moraliter certæ, cum quilibet opinio, juxta Fogar. debeat esse suo Patrono, ut ejus usus licitus sit, vel tutior, si sit tantum probabilis; vel certò moraliter vera, si sit minus tuta: ergo ut quis prudenter agat, ne quidem satis erit certa probabilioritas, immò nec certitudo moralis de veritate opinionis. Ecce argumentum, quod Authori suo contradicit. Nullum igitur est argumentum. In formâ nego, quod quilibet damnata visa fuerit suo Authori certò probabilis, nam aliqui Doctores sustinere, quod opinio, ut licita sit, satis sit, ut videatur probabiliter probabilis. Multo magis nego, quod quilibet damnata visa fuerit suo Authori certò probabilior; non enim per me effatum Probabilioristarum verum est, quod cuilibet propria opinio sit probabilior oppositâ, cum quis sequi possit minus, aut æquè probabilem. Deinde admissio, & dicto, ut vero hoc utroque, quod modo negavi,

dico, quòd si Authores damnatarum docuerunt eas opiniones, ut sibi certò probabiles, vel probabiliiores, immò ut sibi certò moraliter veras, decepti sint invincibiliter, nec eas sequendo peccarunt, quia sub iudicio prudenti, & quidem invincibiliter erroneo, operati sunt. Addo damnatam à Papà opinionem unice negare, quòd prudenter agat, qui probabiliter, non qui certò probabilius agit.

N. 100. *Obicit 4. n. 37. hoc nostrum principium, Qui certò probabilius agit, prudenter agit, falli multipliciter, nempe in Sacerdotibus ministrantibus Sacramenta, in Iudicibus pro ferendis sententiis, in Medicis, & aliis, & ideo limitari. Addit 1. n. 39. quòd Alexand. VII. intenderit principium illud evellere damnando plures probabiles. Addit 2. à n. 41. quòd si prudentia esset annexa certae probabilitati, sequeretur, tum quòd omnis certò probabilis directè esset prudens; tum quòd Papa damnans plures probabiles, damnalet plures opiniones prudentes. Addit 3. quòd si idem nostrum principium, Quod certò probabilius sit, prudenter sit; quod certò probabiliter est honestum, est formaliter saltem, si non materialiter, honestum, esset verum, sequeretur, quòd ferè omnia, quæ sunt contra præcepta primæ Tabulæ, essent licita; quam sequelam Fogarini firmat verbis Cardinalis de Lau-*

Alex. VII. *rea à num. 42. ergo dictum nostrum principium est prius falsum.*

N. 101. *Sed contra; quia hæc omnia retorquentur, tam in Probabilioristas, quorum principium est, Qui certò probabilis agit, prudenter agit; quam in Certitudinistas, quorum principium est, Qui sequitur minus tutam moraliter certam, prudenter agit: contra Probabilioristas, quatenus in Sacramentis, & in medicamentis tutior minus probabilis preferenda est minus tutæ probabiliori: contra Certitudinistas, quatenus in sententiis ferendis minus tuta probabilior à Iudice preferenda est tutiori minus probabili. Rursus ea omnia stant contra utroque simul, quatenus Papa damnavit plures opiniones suis Patronis probabiliiores, & moraliter certas; ergo damnavit opiniones prudentiores. Denique licent omnia, quæ sunt contra præcepta primæ Tabulæ, si quis ea iudicet sibi probabiliora, aut moraliter certa: ergo totum argumentum, vel nos non tangit, vel si nostrum evertit principium, evertit quoque principium Probabilioristarum, & Certitudinistarum.*

N. 102. *Deinde directè dico, ea omnia à nobis soluta fuisse; dixi enim, quòd tam limitantes, quam non limitantes dictum nostrum prin-*

cipium conveniant; & quòd illud principium, si teneatur materia practica mutabilis moraliter per cognitionem, valeat ubique, & impertinenter obrudatur natura physica rerum immutabilis physice per nostrum iudicium. In formâ nego maiorem; nam opinio docens licitum in Sacramentis, & in medicinis sequi minus tutam, non est certò probabilis, agitur enim de physica rerum naturâ non mutabili per iudicium; ergo non est mirum, si eam sequens non agat prudenter.

Ad primum additum nego antecedens; N. 103. *quia si ex eo quòd Papa aliquas certò probabiles damnavit, falsificatur nostrum principium; falsificatur quoque tum hoc principium Fogarini, Qui est moraliter certus de honestate, prudenter agit; tum hoc Probabilioristarum, Qui sequitur certò probabiliorens de honestate, prudenter agit; nam, ut dixi, opiniones damnatæ, juxta effectum Adversariorum, fuerunt suis Patronis certò probabiliiores, aut moraliter certæ. Sicut ergo opiniones putatæ per iudicium invincibiliter erroneum à suis Patronis certò probabiliiores, aut moraliter certæ, sunt merito ab infallibiliter vero Pontificis iudicio damnabiles; nec ex hoc falsificatur hoc principium, Qui sequitur opinionem certò sibi probabiliorem, aut moraliter certam, prudenter agit: ita ex eo, quòd damnatæ sint plures opiniones per iudicium invincibiliter erroneum, creditæ hæcenus certò probabiles, non falsificatur hoc principium, quòd prudenter agat, qui sequitur certò probabilem.*

Quando ergo dicitur, quòd nulla certò N. 104. *probabilis, aut probabilior, aut moraliter certa, sit damnabilis, sentus esse debet, quòd nulla, quæ à iudicio infallibiliter vero talis iudicetur, vel quòd nulla, quæ sit reverà talis, & in sensu composito ejus probabilitatis, aut probabilioritatis, aut moralis certitudinis sit damnabilis; attamen in sensu diviso, seu sublatâ eâ probabilitate, aut morali certitudine; vel detectâ per iudicium infallibiliter verum ejus falsâ, & erroneâ probabilitate, & morali certitudine, est damnabilis.*

Ad secundum additum concedo, quòd N. 105. *omnis opinio directè certò probabilis sit prudens, & quòd prudenter agat, qui eam sequitur. Dixi autem, quòd Papa dupliciter damnare possit opiniones certò probabiles, vel tollendo ab eis probabilitatem, si verè, certò probabiles, probabiliiores, aut moraliter certæ fuerunt; & tunc illæ certò probabiles, probabiliiores, aut moraliter certæ damnabiles sunt in sensu diviso à probabilitate.*

litate, aut probabilioritate, aut certitudine moralis, vel declarando eas non nisi per errorem fuisse Patronis suis probabiles, probabiliores, aut moraliter certas. Idem dico de prudentiâ; opinio enim prudens, stante prudentiâ, non est damnabilis; damnabilis autem est, sublatâ prudentiâ; vel si definiatur, quod non nisi per errorem ea opinio putata fuerit prudens, aut prudentior.

N.
106.

Ad 3. dico, quod sicut laxitas non oritur à Probabilioristarum, aut Certitudinistarum sententiâ, etsi aliqui eorum aliquam opinionem laxam iudicarent sibi probabilior, aut moraliter certam; ita nec à nostrâ,

etsi aliqui aliquam opinionem laxam iudicarent sibi certo probabilem. In formâ dico, quod dum affirmo licitum sequi omnem mihi certo probabilem, nec affirmo, quod omnis, quæ à DD. asseritur probabilis, sit mihi certo probabilis; nec affirmo, quod omnis, quæ putatur certo probabilis sit mihi certo talis. Etsi enim regulariter verum sit, quod omnis opinio, quæ à gravissimis DD. inter se oppositis iudicatur certo probabilis, sit certo talis; non tamen omnis opinio, quæ historicè refertur, (seu cupa probabilitas, vel non fideliter refertur, vel ut non certo probabilis asseritur à gravissimis DD.) est talis.

DISPUTATIO XXIX.

Argumenta Antonij de Charlas.

SECTIO I.

Quid in Probabilistis supponat? Quid à Pontificibus petat? Quid à Theologis exigit?

SUMMARIUM.

Supponit nos docere, id unice vitandum, quod est certo peccatum, n. 1.

Dico vitandum quoque quod probabiliter iudico esse peccatum, ibid.

Petit à Pontificibus regulas pro opinionum deletioni, n. 2.

Dico petere, quod Ecclesia habet, ibid.

Petit hos, ut laxitas tollatur, n. 3.

Ostendo easdem laxitates futuras, etsi Papa obligaret, ne quis sequeretur minus tutam, nisi foret moraliter certa, ibid. & n. 4.

Etsi posito errore invincibili detur lex operandi juxta illum, non tamen datur lex obligans errare invincibiliter, n. 5.

Cur Pontifices nullam sententiam generalem de licito, aut illicito usu damnarunt, sed solas opiniones particulares? n. 6.

Eorum summa prudentia, ibid.

Ait tradi non posse regulam generalem pro diligentia ad veri inventionem necessariâ, n. 7.

Resicio media, quæ assignat, à n. 8. ad 11.

Anti-Probabilistæ faciles in injurias aliorum, & in sui laudem, n. 10.

Christus D. & omnes TT. negant ea media esse necessaria, n. 11.

Oratio quando fit pro vero necessaria, ibid.



N alter Certitudinista Modernus, N. 1. nus, qui omnes suas vires in Ann. Probabilissimum exerit. Si in la- M. 1. xum Probabilissimum, lauda- cos rem illum, nam nos quoque hunc damnavimus, eumque, & non alium, (etsi forte aliquis contrarium suspicari posset) impugnat M. Lucionius in sua Venetæ Morali, ut sæpe fuitur cap. 1. & 2. n. 5. & cap. 4. n. 8. Supponit autem Antonius in sua Prefatione ad Disp. Theolog. de opinionum deletioni, Probabilitas docere, id tantum vitandum esse, quod est certo, non autem probabiliter, aut probabilius malum. At ejus pace, nisi simultatem probabilis, quam tuemur, cum probabilitate simultatis omnino chimericâ confundat, dicimus, vitandum quoque, quod iudicatur probabiliter malum. Dum ergo dicimus non esse vitandum, quod est probabiliter malum, loquimur de objectivâ, non de formali probabilitate; nempe quod si addit motivum, ob quod judicare possum magis, aut minus probabiliter malum, non tamen ita iudico, quin magis, aut minus certo probabiliter iudico, non esse malum, non est vitandum; ergo ea propositio, id tantum vitandum, quod est certo, non autem magis, aut minus probabiliter malum, si sermo sit de objectivâ probabilitate, est certo vera; si de formali, est certo falsa, quia ne peccem, necessaria semper est bona fides non peccati. Porro ea propositio est SS. Patrum, & Antiquorum moralium una vox est nil esse peccatum mortale, nisi